This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

G1
30
243

Gl 30.243

Harvard College Library

FROM

Prof. W. H. Morgan

Ottesen

Examinis sollennia

in

Gymnasio Flensburgens

die XXIV. sept. h. a.

habenda

humanissime indicunt

Rector et Collegium.

---

1. Exponitur de rerum inventione ac dispositione, quae est in Lysiae atque Antiphontis orationibus. Scripsit P. G. Ottsen, Dr. phil.
2. Fastos gymnasii composuit Rector.

Flensburgi. Typis Jægerianis. 1847.

Gl 30.243

HARVARD COLLEGE LIBRARY
APR 9 1902

Prof. M. H. Morgan

Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris ipsosque nervos rubor tegit et decor commendat. **Tacitus de oratoribus dialogus cap. 21.**

Quod paucis his diebus percrebuit diurnis et in ore erat omni populo tandem aliquando inibi esse institutionis ac disciplinae, qua in scholis nostris pueri ad humanitatem informari solent, conversionem emendationemque, per plura lustra nequidquam exspectatam, eam famam, ut est bene constitutae morataeque civitatis futurorum civium teneros animos pro sua quemque natura atque indole multiplici doctrina imbuere, quotusquisque inveniatur quin cum bonis ominibus votisque ac veluti gratulabundus exceperit. Sed quoniam Tacito auctore frustra expetuntur quorum tempus effugit factaque cognoscit stolidus, prudentium videtur nunc maxime id agere, vel optare, ut, non aliter atque usu venit apud nos quum viri universi populi suffragiis electi in partem curarum publicarum coepti sunt adhiberi et, si qui ab multo rerum usu atque experientia insignes esse videbantur, regem potentissimum, qui tum fuit, adire jussi sunt — viri prudentes illis temporibus vocitabantur — ad quorum nutum auctoritatemque nova civitatis administratio apte temperata ac veluti praemunita occiperet, hac ipsa tempestate, ne quid respublica detrimenti capiat, maxime praesides scholarum, quae vulgo audiunt doctae, et quotquot sunt non vulgari prudentia et consilio, alicubi conveniant deliberatum, resque, id quod in Saxonia factum est nuperrime ob similem caussam, in existimantium veniat arbitrium. Itaque, utut est, laeta spes videtur affulgere futurum esse, ut nobis, quibus nunc quidem, ne aliis desimus, prope nullum tranquillum otiosumque spiritum ducere nec nobismet ipsis frui licet, aliquid honesti moderatique otii contingat ad animos relaxandos optimisque studiis reficiendos. Certum enim mihi est fixumque animo non posse docere alios nisi qui subinde ipse discit, nec evasuros esse pueros non modo doctos, id quod ne optandum quidem hac aetate, sed ne dociles quidem, quo nihil meo judicio magistris consectandum est studiosius, nisi si animi mentesque aluntur atque formantur ab iis qui intra parietes domesticos bonas artes recolant et ad docendum accedant parati atque succincti. Et

quamvis Doederlinus neget in libro egregio, qui inscribitur Reden und Aufsätze, eum natum factumque esse ad pueros conformandos, qui singulari sit ac prope divino ingenio, tamen ejus sententiae non subscribam et, ut ab isto multa calidius vehementiusque fieri largiar quam consultius et consideratius minusque fortasse quam par est curari tardiores et si qui sunt non optimae spei, tamen nihil eo videtur aptius ad perfundendos animos admiratione et in discentibus, qui eo quem fingimus magistro ac signifero utuntur, potest demum veri pulchrique studium atque impetus et nescio quae animorum incendia excitari. Sed haec ulterius persequi nunc quidem non est nostri instituti et ad scribendum vocati ad pristina studia regressi de Lysia atque Antiphonte oratoribus sententiam qualemcunque judiciumque proponamus.

Subit autem mirari, quî tandem factum sit, ut Antiphontis Rhamnusii [1]) scripta in cujus labris Gratias Suadamque ipsam ita sessitasse traditum est, ut ob suavissimas mellitasque orationes cum Nestore Homerico a veteribus compararetur (cf. Philostratus de vit. sophist. pag. 498 ed. Olear, vit. Antiphontis in editione Maetzneri vss. 10) et quem Thucydides appellat optimum tum inveniendi tum dicendi auctorem (Thucydides 8. 68); quamquam, si verum quaeris, ea videtur fuisse suavitate, qua animi perfunduntur citius quam qua perfringuntur; summisque laudibus efferunt Quinctilianus (3, 1, 11) et Cicero in Bruto (12, 47.), antiquitus iam in oblivionem desuetudinemque venirent et nulla propemodum, si discesseris a scriptis, monumenta loquantur. Mihi quidem haec maxime videntur esse in caussa. Primum enim is erat, cujus vita publica non admodum nosceretur et in administranda republica (vide Thucydidem 8, 90, Schoemanni antiquitates ect. p. 181) videtur cessisse auctoritate promptaque quadam industria aliis, qui longe potentiores magisque gratiosi in civitate una cum eo in natione illa virorum quadringentorum erant, Pisandrum dico, Aristarchum, alios, quo fit meo quidem judicio, ut, si discesseris a Platone in Pisandro (cf. Photius p. 486, 14 edit. Bkk.) et ab Aristophane in vespis, vix ulla ejus mentio injiciatur apud comoediae,

---

[1]) cur nomen tribus addatur, ubi mentio fit Antiphontis Rhamnusii, de eo vide Kruegerum Leben des Thucydides p. 2. Rhamnus patria Antiphontis annumerabatur in tribu Aeantide, cf. Hermanni antiquitates p. 390. Urbs ad mare sita distabat Marathone LX fere stadia (Pausanias I. 33, 2). Inditum loco nomen est a vitice agno casto, qui a Graecis vocabatur *ἄγνος, λύγος* sive *ῥάμνος*. Is quidem vitex, ut Spartae erat sacer Aesculapio (cf. Pausanias 3, 14, 7.) (*τὸ δὲ τοῦ Ἀγνίτα πεποίηται μὲν ἐν δεξιᾷ τοῦ Δρόμου, Ἀσκληπίου δέ ἐςιν ἐπίκλησις ὁ Ἀγνίτας, ὅτι ἦν ἄγνου τῷ θεῷ ξόανον καὶ αὐτὴ κατὰ ταὐτά ἐςι τῇ ῥάμνῳ*), ita in illa tribu consecratus erat Dianae, cujus honor ac veneratio videntur illo loco maxime invaluisse post pugnam Marathoniam, ubi praesens deae numen se ostenderat, cf. Pausanias I, 33, 2. Origines autem deae Athenienses repetebant ab Oceano, aliis vero Noctis filia esse visa est. (Pausanias 7, 5, 1.) De templo, quod ibi erat Dianae vide, sis, Muelleri archaeologiam p. 91, 6; 368 not. 2. Effigies deae a recentioribus reperta est, cf. Muellerus l. l. p. 49.

neque vero multa et crebra apud rerum historicarum scriptores. [2]) Deinde vero austerum dicendi genus, quod Antiphon et Thucydides inprimis sequuntur, hic ita absolvit et consummavit, ut rhetoribus illud describentibus grammaticisque prope omnium instar esset minusque respicerent Antiphontis consuetudinem [3]); accedit quod Rhamnusii existimationi offecit gloriaeque praestrinxit tum Lysiae tum Isocratis laus ac memoria. Lysiae enim opera et Isocratis Dionysius Halicarnassensis [4]) quidem potissimum videtur diurna nocturnaque manu versasse, et ad hunc veluti signiferum summumque omnis artis magistrum principatum detulisse, quippe qui orbem orationis invenerit et ad artem rhetoricam omnibus numeris perfectissimus et limatissimus habitus sit, cf. Dionys. Halicarn. de Isaeo judicium Cap. 19: *ἐνθυμούμενος δὲ ὅτι τὴν μὲν ποιητικὴν κατασκευὴν* (genus dicendi poeticum non raro a veteribus vindicatur etiam Antiphonti) *καὶ τὸ μετέωρον δὴ τοῦτο καὶ πομπικὸν εἰρημένον οὐδεὶς Ἰσοκράτους ἀμείνων ἐγένετο, παρέλιπον ἑκὼν οὓς ᾔδειν ἥττον ἐν ταῖς ἰδέαις ταύταις καθορθοῦντας*, adde Cap. XX., ubi ob Lysiae virtutem et laudem alios minus curare affirmat. Denique vero neque a Platone nec ab Aristotele philosophis nec a Theophrasto crebra fit Antiphontis mentio [5]). Quid quod non videtur exstitisse ante Caecilium Calactinum, Dionysii familiarem, (cf. Dionys. ad. Cnej. Pompej. epistola [3]), qui Antiphontis monumenta vocaret in examen, quem quidem Caecilium subacto fuisse judicio omnemque Antiphontis naturam atque indolem quam maxime perspectam habuisse fidem faciunt quae ex Antiphontis usu sine dubio sublecta verissimeque observata legimus apud Photium cod. 259, 485 Bkk. Per autem est probabile eum in libro de sublimi, quem conscripsisse testatur Longinus (*περὶ ὕψους*. Cap. I.) et in commentatione de decem oratoribus (cf. Suidas s. v. *Καικίλιος*) Antiphontis sublime dicendi genus illustrasse [6]). Sed quoniam quicquid

---

[2]) Primus orationem scriptam in lucem edidit, cf. Diodori incerta fragmenta 6, 267, Quinctiliani instit. 3, 1.

[3]) hanc ipsam ob caussam prae Thucydide videntur neglexisse Herodotum atque alios.

[4]) Dionysius videtur multa hausisse ex commentatione Isocratis de arte rhetorica, quae passim ab ipso laudatur, cf. Dionysii judic. de Isocrate, cap. I.; rhetores Graeci ed. Walz. V, 473. *καὶ Διονύσιος δέ φησιν ἀπόχρη τὴν πολιτικὴν λέξιν εὔρυθμον εἶναι καὶ ἔμμετρον — τά ὅμοια δὲ λέγει καὶ Ἰσοκράτης.* Cave enim ne fidem habeas Hoelschero non consuluisse Dionysium nisi suum sensum opinanti (de vit. et script. Lys. pag. 2).

[5]) Ne statuam quidem Antiphontis fuisse verisimile est, quo honore alii oratores, Jsocrates, Demosthenes, Aeschines digni habiti sunt, cf. Muelleri archaeologia p. 672.

[6]) commentatus est peculiari libro de Lysia; cf. Longinus l. l. 32. p. 180; ed. Morus, et recensentur haec praeterea ejus scripta apud Fabricium in bibl. Gr. *σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου, περὶ Δημοσθένους ποῖοι αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι καὶ ποῖοι νόθοι.* — Quae de vita Antiphontis nobis tradita sunt a Plutarcho, Photio, Philostrato, aliis, quum ex uno eodemque fonte fluxisse in aprico sit, equidem ad Caecilium auctorem retulerim.

est de quo ratione ac via disceptatur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum, ut Antiphontis imago plena ac sua luce collustrata proponatur et redintegretur, haec maxime videntur esse quaerenda.

Quod ex veterum testimoniis duplicis quasi est naturae et tum rhetoris tum oratoris laude inclaruit, videtur aperienda esse ratio, quae inter ipsum et eos qui suppares erant aetate sophistas, qua Siculos, qua in Graecia ipsa florentes, intercedat, quam quidem rem haud scio an juvet ita instituisse ut simul examinetur et in censum vocetur Welkeri sententia, in commentatione egregia, quae est de Prodico Ceo, Antiphontem sophistarum disciplinae moribusque adversatum esse et ne latius serperent, quantum in ipso fuisset, prohibuisse affirmantis, qua quaestione spero effecturum esse ut sophistis, qui in Graecia ipsa florebant, maximeque Protagorae et Prodico eum non pauca debere appareat, Siculis vero vel non multum vel nihil.

Excutiam deinde illud austerum dicendi genus et cum Antiphonte comparabo Thucydidem, qua quidem in re versabor, ita ut erroris coarguam Kruegerum et Bernhardium, quum ille Thucydidem ab eo fuisse negat, hic vero falsissima immiscet, sic de Antiphontis elocutione iudicans in grammatica: „Seine Sätze sind fließend und zerschnitten, die Gedankenreihe rasch und keck geschlossen, die Sprache schlicht und ohne sophistischen Glanz."

Tertia autem quaestione indicabo, quo cum iis oratoribus qui eum subsequuntur proxime, cohaereat vinculo. Denique quae dispersa circumferuntur apud lexicographos, epitomatores, scholiastas oratoris fragmenta colligam et consarcinabo.

Sed antequam ad quaestionem ipsam accingar, videtur e re esse praeverti ad controversiam de oratione in novercam ortam, de qua dubitanter et susque deque viri docti statuunt. Atque Meyero quidem ea sedet sententia, in encyclopaedia Halensi, quae vocatur, proposita, ut orationem iis accensendam esse existimet, quas in usus litigatorum conscripserit Rhamnusius, quem quidem morem tum obtinuisse satis constat. (Cf. Quinctilianus II, 15, 30. ed. Spald, Dionys. Halicarn. de Isaco judic. Cap. 20: *Ἀντιφῶν γε μὴν τὸ αὐςηρὸν ἔχει μόνον καὶ ἀρχαῖον, ἀγωνιςὴς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐςι*). Spengelius vero, qui calculum adjicit Lehnero, haec profitetur in synag. techn. pag 118: Prima vero oratio, quam saepius perlectam semper spuriam arbitrati sumus nec facile nos quisquam hac sententia depulerit, quod esset *λόγος φονικός*, ut dignus censeretur tanto honore, cuius nomini affigeretur orator noster, factum videtur. Maetznerus denique in editione Antiphontis dubitat, utrum in iudicum consessu habita esse putanda sit oratio, an declamationibus scholasticis annumeranda, quamquam viro docto animus eo inclinat, ut rejecta illa opinione hoc approbet tribus maxime de caussis.

Excipi enim hanc orationem tetralogiis, quae vocantur, quas nemo non censeat esse ex genere fictarum caussarum; deinde caussam esse eam, quales in

ludis rhetorum tractatas esse satis constet; postremo vestigia, quae in oratione insint, eodem ducere, quo refert vir doctus uxoris Clytemnestrae nomen maritum interimentis, et Philonei, qui in Piraeo degens nauticis rebus studere ac mercaturam facere videatur; denique vero molesta ipsi est Areopagitarum illegitima quasi compellatio, quos praeter consuetudinem appellari putat *ὦ δικάζοντες*, atque nimiae quaedam earundem sententiarum iterationes pravaeque verborum ambages.

Tametsi certum est exploratumque antiquissima iam memoria multa circumlata esse, quae oratoribus clarissimis subderentur, quo in genere Meyerus paucis his annis luculentissime demonstravit orationem Phaeacis, cujus auctor vulgo perhibebatur Andocides, a sophistis confictam esse, (cf. Meyeri prolusio Halens. 1836), et fuisse male sedulos qui Antiphontis nomine et auctoritate similiter abuterentur testatum habemus, cf. Plutarch. vit. X orat. init., Caecilius apud Photium cod. 259. 485: *φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ξ, ὧν ὁ Καικίλιος κ καὶ ε φησὶν αὐτοῦ καταψεύδεσθαι, ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον ε καὶ λ.*; Pollus VI, 143: *ἀπαρασκέυῳ, Ἀντιφῶν ἐν τοῖς περὶ ἀληθείας εἶπεν* [7]) *ἀπαρασκεύαςον δὲ ἐν ταῖς ῥητορικαῖς τέχναις. δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι*; tamen ista oratio, quam diurna nocturnaque manu saepe et multum versavi et cum ceteris comparavi, quidquid proprium est Autiphontis ita prae se ferre visa est, ut non possem non dicedere ab eorum, qui Antiphonte indignam esse volunt auctoritate et opinatione. Age vero, ut ambigentibus fundamenta fulcraque plane subvertantur ac funditus destruantur, eam probandi viam initurus sum, ut ostendam oratorem in illo ingenii foetu non apparere disparem sui, facta praevia quadam digressione, ubi mihi res erit cum Maetznero eaque quae quamvis levia attulit refellam ac diluam.

Atque primum quidem quod Maetznerus orationem illam in declamationibus scholasticis annumerandam esse existimat, nae ista opinio a probabilitate nihil prorsus habet commendationis. Etenim et tetralogiae quae vocantur, quibus alios monuisse quid in caussarum veritate sequendum maxime judicaret [8]), de mea

---

[7]) vix tantam jacturam fecissemus, ut Lysiacarum orationum fere sexta pars, Antiphontearum quarta ad summum earum, quae a veteribus laudantur, sit reliqua, si grammatici Alexandrini canonem oratorum instituere in animum induxissent, qua re supersedisse suo jure videtur contendere C. F. Rankius de Aristoph. vit. p. 107.

[8]) Vere sine dubio testatur Aristoteles de sophistarum elench. Cap. 9: *τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους ὁμόια τις ἦν πάιδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ· λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικοὺς, οἱ δέ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν εἰς οὓς πλειςάκις ἐμπίπτειν ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους.* Similia videntur fuisse quibus Themistoclem admodum puerum se exercuisse testatur Plutarchus Themist. Cap. II: *εὑρίσκετο λόγους τινὰς μελετῶν καὶ συνταττόμενος πρὸς ἑαυτόν. Ἦσαν δ'οἱ λόγοι κατηγορία τινὸς ἢ συνηγορία τῶν παίδων.* Quid quod ex Solonis aetate aliqua eloquentia tradi videtur solita esse, cf. Plutarch. l. l. vss. 35 ed. Sinten. et quae praefatus est Winkelmannus ad Platon. Euthydem. Maxime autem istam docendi consuetudinem obtinuisse patet ex Plutarchi vita Periclis, cap. IV. Scriptiones tetralogiarum

quidem sententia verissime Spengelius contendit (art. synag. p. 117), quippe quae non habeant certarum personarum interpositionem, documento sunt, opinor, loculentissimo, iis illam, de qua quaerimus, orationem ne posse quidem accenseri, utpote tum hominum tum locorum nominibus additis satis distinctam, cf. § 16 totaque ea orationis pars quae vocatur narratio ita est comparata, ut sit ad vitae ipsius veritatem consuetudinemque accommodatissima, siquidem communis sophistarum rhetorumque usus ac disciplina videtur tulisse, ut in quaestionibus infinitis viriumque exercendarum ergo in scholae umbra institutis, non facta ulla personarum, temporum, locorum mentione universe quaeritarent, cf. Foss de Gorgia, 42 et 44, Quinctil. 2, 1. 9. „An ignoramus antiquis fuisse ad augendam eloquentiam hoc genus exercitationis ut theses dicerent et communes locos citra complexum rerum personarumque; adde his Quinctil. 2, 4. 22 et 3, I, 12, Cic. de orat. 3, 27, Plato. Gorg. 454 B, sophist. 225. Videntur autem rhetores istos locos communes ad quamvis opportunitatem crimenque adaptasse, multaque exempla istorum leguntur apud Walzium in collectione rhetorum graecorum, ut in usus eorum qui sacrilegos in jus vocarent (Walz. I, 614), quos quomodo in singulis orationis partibus et membris versandum esset edocebant, cf. Walz. 2, 369 et 381. — Neque vero pluris facio alterum argumentum, quo usus est adversarius. Etenim quod tetralogiae excipiunt orationem in novercam, res est in salvo facilemque habet explicatum, modo verum sit quod existimat Spengelius l. l. tetralogias istas ceteris Antiphontis orationibus insertas esse quasi fragmenta quaedam ex naufragio servata, id quod fieri potuisse facile largiemur. At, inquit, in rhetorum ludis similes quaestiones habebantur. Audio. Numquid inde continuo sequitur, ut oratio in illa officina sit conficta et ex ipsius vitae veritate non petita? Quidni poterant isti magistri, qui probe tenebant in schola vitae esse discendum in simili elaborare argumento?

Antiphontis similes a Lysia quoque confectae sunt sine controversia, cf. Dionys de Lys. judic. cap. 1. 5: ubi commemorantur *οἱ περὶ τὰς παραδόξους συνταχθέντες ὑποθέσεις, ἐν οἷς πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἐνθυμήματα λέγει καὶ τὰ πάνυ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις ἄπορα εἶναι καὶ ἀδύνατα, εὔπορα καὶ δυνατὰ φαίνεσθαι ποιεῖ.* Adeo Pericles fertur totos dies insumsisse in quaestiones spinosas quales sunt tetralogiae istae et Protagoras rerum illustrium disputationes scripsisse (cf. Plutarch. Pericl. Cap. 36), quarum similes videntur fuisse quae memorantur a Plutarcho in vit. Alcibiad. III. *αἱ Ἀντιφῶντος λοιδορίαι*, et ad eas ipsas haud scio an spectent quae leguntur apud Ciceronem in Bruto Cap. XII: „Huic (Gorgiae) Antiphontem Rhamnusium similia quaedam habuisse conscripta.“ Cf. Quinctilian. 3. 5, quamquam neminem Romanum legisse Antiphontem et ex locis laudatis a me et ex dialogo de orat. Taciti. Cap. 25 patet.

Traditum autem est Isocratem tritam istam sophistarum rhetorumque disserendi docendique viam reliquisse, cf. Dionys de Isocrat. judic. Cap. I: *πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς, καὶ περὶ ταύτην σπουδάζων τὴν ἐπιστήμην διετέλεσεν.*

Sed quod tum morantur Maetznerum nomina Clytemnestrae et Philonei in illa oratione obvia et studet etymi rimandi calliditate incerta facere, equidem vero non exputo quid obstet quo minus statuamus aut verum nomen fuisse mulierculae maritum interimentis aut oratorem exemplo ex scena, quam inter et forum similitudo aliqua intercedit, illustrasse scelestae uxoris impietatem, praesertim cum videamus Andocidem de myster. (4, 64. Reiskius) Calliae vafritiam similiter cum Aegistho comparare, nec aliter uti Aeschinem Orestis facinore et Furiis (Cf. Reiskius tom. IV. p. 1248), vel Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino; nisi vero inde illas orationes non esse genuinas, si Dis placet, evincas, quamquam id damus adversario ut rhetores illam ipsam fabulam tragicam in suos usus convertisse (cf. Quinctilian III. 11, 20. „Hoc mihi videntur utramque caussam amplexi et quod Orestes matrem et Clytemnestra Agamemnonem occiderit"). Neque vero offensioni esse debebat Philoneus ille, quod nomen, quemadmodum insularum incola appellabatur *Νησιώτης* (cf. Theod. Bergkius in diurno antiquit. 1845, No. 121, p. 975), homini in Piraeo degenti rerumque maritimarum studioso inditum esse nihil mirum est, si quid video, et quoniam Graecos ex vitae genere saepe liberos nominasse constat, sexcentos ejus nominis nautas fuisse crediderim. Vereor autem ne infrequens rariorque hominum apud Antiphontem vel commemoratio vel compellatio ostendat quam maxime profectam esse ex hoc oratore orationem in novercam, siquidem nullus dubito quin scite observata sint ab Hermogene quae leguntur apud Walzium. rhet, gr. 3, 228 de sublimi genere dicendi quod Antiphon adoptavit: *ἥκιςα δὲ αἱ ἀποςροφαί τε καὶ ὑποςροφαὶ λόγου σεμνοῦ ἢ καθαροῦ. τοὐναντίον γὰρ διαφθείρουσι καὶ καθαίρουσιν αὐτοῦ τὸ σεμνὸν αὗται καὶ πάλιν αὖ τὸ καθαρόν*, id quod adeo videtur in Antiphontis usum quadrare, ut in ea, quae est de saltatore oratione, similiter atque in Demosthenis Leptinea clientis nomen desideratur, rei nomen nihil adjectum reperiatur. (Cf. Maetzner p. 248).

Jam vero quod pergit caussam suam firmare, quum praeter consuetudinem iudices Areopagiticos *ὦ δικάζοντες* appellari vult, nec fuisse videntur apud Graecos legitimae quaedam compellandi voces dicendive formulae solenniores frequenti usu sancitae, et ex Lysiae orationibus manifestum est non nefas habuisse Graecos unum eundemque iudicum consessum dispari modo nominare, quod, qui alioquin apud eum audiunt *βουλή* saepenumero, eos ipsos in oratione habita in Andocidem appellat *ἄνδρας Ἀθηναίους*, et vero Antiphon, quamquam omnino huic quidem rei non multum tribuerim, ubi orationem convertit ad judices ipsos, utitur maxime formula *ὑμεῖς καὶ τὸ δίκαιον* (cf. in novercam § 4, de caede Herodis § 7). Reliquum est ut videamus de eo quod postremo loco allatum est argumento, quum fusius dixisse vult oratorem negatque ferendas esse verborum iterationes. Sed cum in animo sit in altera quaestione, quae erit de omni Antiphontis dicendi genere, indicare de caussis quibus factum sit, ut non pauca reperiantur in hoc oratore ambitiosa et luxuriantia, quae salva sententia hic illic recidas, nunc quidem

sufficiat amandasse legentes ad ea quae annotavit Matthaei de Aeschine quum sic profitetur: (Reiskius tom. 4, p. 1263) „His addere liceat brevem admonitionem de „repetitionibus, quae crebrae sunt quidem apud eum, excusari tamen facile possunt. „Nam in orationibus quae tantum leguntur, taedium afferunt. Attentior enim lector „indignatur sibi eandem rem saepius dici. At in crationibus iudicialibus et omnino „in iis quae habentur, magnam habent utilitatem, et auditor, qui est legentibus „negligentior, ea fert facilius. Memoriam enim adjuvant et judices ad cognoscen- „dam caussam reddunt idoneos.“ Faciunt huc quoque quae disputat Wolfius ad Leptineam pag. 51: „Quin apud auditores, quales Athenis fere essent, in foro atque „in judiciis, id est homines mire inter se ingenio, moribus et peritia rerum dispares, „saepe adeo opus esse potuit gravissima momenta rationum animis et memoriae „impensius inculcare et hoc pacto negligentium quoque ac reluctantium assensum „extorquere. Qui pro concione ibi voluisset Thucydidius esse, nae illi intempesti- „vum studium magno stetisset.“ Quid quod lacteam quasi quandam ubertatem in Antiphonte esse testatur Philostratus de vita sophist. pag. 500 ed. Olear. *σεμνή τε ἡ (Αντιφῶντος) ἀπαγγελία καὶ ἐπανθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἀποτάδην ἑρμηνευόμενα, παραπλήσια τῶν πεδίων τοῖς λείοις* [9]), id quod de Antiphonte monitum est verissime, ut Plato saepe sophistas oratoresque notans, quod eandem quasi incudem tunderent et bis terque sententias inculcarent, quo quidem nomine perstrinxit Lysiam in Phaedro (pag. 12 ed. Tauchn.) *καὶ δὴ οὖν μοι ἔδοζεν δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ εἰρηκέναι* [10]), ob eandem rem sale perfricare poterat Antiphontem, quamquam Plato maxime notavit Gorgiae discipulos, qui hac in re nimii potissimum videntur fuisse, cf. quae monuit Stalbaumius ad Platonis convivium pag. 54. Sed his praemissis ad impugnandas adversariorum partes redeamus iam unde huc parumper declinavit oratio.

Atque quoniam oratori videndum est, et quid dicat, et quo quidque loco et quomodo, de omni hac suppellectile oratoria eligam illa duo et operae pretium facere mihi videbor, quum qualis sit habenda et dispositio et rerum inventio Antiphontis ostendero, quo appareat male sedulos esse si qui orationem in novercam eo indignam esse censeant. Cum enim omnis orationis ambitus a probatissimis quibusque scriptoribus qui de rebus rhetoricis accuratius tradunt, velut ab Aristotele in libro qui est de arte rhetorica, in quinque fere partes et membra soleat dispesci, quorum nomina exhibentur haec: *προοίμιον*, *προκατάςασις*, vel, id quod

---

9) adde Aristotelis testimonium: rhet. 3, 19, 30 Bkk.: *ἵνα γὰρ εὐμαθῇ ᾖ, κελεύουσι πολλάκις ἐιπεῖν*, et Caecilii apud Photium p. 485 vss. 25 Bkk. *οἱ γὰρ πάλαι ῥήτορες ἱκανὸν ἐνόμιζον αὐτοῖς εὑρεῖν τε τὰ ἐνθυμήματα καὶ τῇ φράσει περιττῶς ἀπαγγεῖλαι.*

10) Cf. Photii bibl. 485, 25 Bkk., quamquam hoc non cadit nisi in orationes epideictici generis, in caussas judiciales non item, ut ab Dionysio de admir vi dicendi in Demosthene cap. 2 scite *ἡ πολιτικὴ διάλεκτος τοῦ Λυσίου* distinguitur ab altero illo.

eodem redit, *κατάςασις* [11]), (cf. lexicon rhetoricum Ernesti s. v.), *ἐξήγησις* sive *διήγησις*, *ἀγὼν*, *ἐπίλογος*, nec parva cernatur singulorum oratorum in illis partibus sive inveniendis sive disponendis ars et diversitas, Antiphontis monumenta, quae summam artem habere feruntur (cf. Philostratus de vit. sophist. p. 500 *λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλέιους, ἐν οἷς ἡ δεινότης καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης σύγκειται*), deinceps persequar, cuius quidem rei id erit institutum, ut, quo luculentius patescat, quid sit Antiphontis, Lysiam contendam cum via ac ratione quam is quidem iniisse videatur [12]). Par autem est Antiphontem et ipsum in arte rhetorica quam ab eo conscriptam esse constat (cf. Pollux VI. 143) de partibus orationis recte partiendis de justoque ipsarum ordine doctrinam aliquam aliis praeivisse, et Platoni obversatum esse Antiphontem, haec quum monet in Phaedro. 226 C. et D. *ἤ τοῦτ' ἐκεῖνό ἐςιν ἡ λόγων τέχνη, ᾗ Θρασύμαχός τε καὶ ἄλλοι χρώμενοι σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν οἱ ἂν δωροφορεῖν αὐτοῖς ὡς βασιλεῦσιν ἐθέλωσιν*, ubi docuisse narrat illos magistros: *προοίμιον μὲν οἶμαι πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ — δεύτερον δὲ διήγησίν τινα, μαρτυρίας τ' ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα καὶ πίςωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τόν γε βέλτιςον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα* et sic pergit 267 A *καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ καὶ ἀπολογίᾳ*. Sed ordiamur ab exordio. Nescio tamen quo pacto res praeter exspectationem cadat, quum exordium ipsum, quod quomodo insituendum optime esset monstravit aliis (cf. Suidas s. v. *ἅμα*, *αἰσθέσθαι*, *μοχθηρός*, Spengel, l. l. pag. 105 [13]), in iis certe quae superstites sunt orationibus vel non magnam vel nullam prope artem ostendit, nisi forte palinodiam quandam cecinisse atque aliud docuisse aliud in ipsa veritate fecisse eum dicas. Fert enim ita Antiphontis consuetudo, ut in prima illa rerum ingressione vehementiores quosdam animorum motus noluisse excitare verisimile sit, id quod ab aliis plerumque

---

[11]) Quas duas partes, *προοίμιον* et *κατάςασιν* uno prooemii vocabulo comprehendi ab Aristotele apparet ex iis quae de prooemio affert rhetor. III., 14, 139 Bkk. *τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον καὶ ἰδίον τοῦτο δηλῶσαι, τί ἐςι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος;* cf. ibid., cap. 19, 150 *ἐκεῖ μὲν οὖν (ἐν προοιμίῳ) δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν, ἵνα μὴ λανθάνῃ περὶ οὗ ἡ κρίσις;* nec aliter Corax sophista quattuor partes orationis distinxit, (cf. Spengel syn. art. 36 et 211): *συνέθηκε τέχνην περὶ προοιμίων, καὶ διηγήσεων, καὶ ἀγώνων καὶ ἐπιλόγων.* Manifestum autem est errare Spengelium quum sic disputat l. l. pag. 156. Priores theoretici, ut ex Platone docuimus et Aristotele, multas in partes orationem distribuebant; inde ab Isocrate, quod rerum naturae maxime congruum, in quattuor disposita membra et hunc intellexisse puto Ciceronem de oratore II, 19.

[12]) hac autem comparatione patebit nihil audiendum esse qui Lysiam ab Antiphonte edoctum esse putat. Cf. Hoelscherus de vita et scriptis Lysiae, pag. 15.

[13]) Haud scio an *προοίμια* illa et quae commemorantur *ῥητορικαὶ τέχναι* Antiphontis fuerint pars *ἀληθείας*, quae ei adscribitur, et qui laudatur Protagorae liber *ἀλήθεια* rhetorica praecepta maxime mihi videtur continuisse. Cf. Stalbaum ad Plat. Phaedr. 267. C.

fit, (cf. quae observavit in Hermog. apud Walzium rhet. gr. 5, p. 139: *δύο γὰρ μέρη ἐςὶ τοῦ λόγου, παθητικὸν καὶ ἀποδεικτικὸν καὶ τὸ μὲν παθητικόν ἐςι τά τε προοίμια καὶ οἱ ἐπίλογοι*). Antiphontis enim aetate exordia concitatiora non videntur in usu fuisse nisi in laudationibus suasionibusque, in caussis judicialibus non item, ut Aristoteles in libro de rhetorica duo genera illa exordiorum distinxit, ita quidem, ut quae epideictici generis erant, compararet cum dithyrambicorum ampullis, quae caussis forensibus praefigi solebant cum epicorum tragicorumque in prologis simplicitate. (Cf. Aristoteles rhet. liber. III., p. 138 sqq. Bkk). Exposuit autem Aristoteles accuratissime de omni usu ac ratione prooemiorum, ex ipsis oratorum scriptis sine dubio hausta, eaque quibus usi sint in judiciis haec potissimum fuisse ait. (cf. Aristoteles l. l. et p. 141 [14]): *τοῦτο δέ (τὸ προοίμιον) ἐςι ἐκ τοῦ πρὸς ἀκροατὴν εἰ περὶ παραδόξου λόγος ἢ περὶ χαλεποῦ ἢ περὶ τεθρυλλημένου πολλοῖς ὥςτε συγγνώμην ἔχειν* et. pag. 139 sic pergit: *τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν εὔνουν ποιῆσαι καὶ ἐκ τοῦ ὀργίσαι καὶ ἐνιότε δὲ ἐκ τοῦ προςεκτικὸν ἢ τοὐναντίον;* adde p. 138, 10 *δεῖ δὲ ἢ ξένα ἢ οἰκεῖα εἶναι τὰ ἐνδόσιμα τῷ λόγῳ.*

Quodsi illam Aristotelis doctrinam ad Antiphontis usum consuetudinemque revocaveris, multa invenies inspersa quae vocat philosophus *τὰ τεθρυλλημένα πολλοῖς*, seu usu populari trita ac pervulgata. Quae enim laudantur in Prodico, Thucydide, Critia sententiae communes et in ipso Antiphonte (Cf. Marcellini vita Thucyd. in edit. Thucyd. apud Goellerum p. 51. *τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ πάνυ ἐπαινετόν;* Spengel syn. techn. 53; Hermogenes, pag. 144. Ald.: *ἔςι γὰρ οὗτος σεμνὸς μὲν παραπλησίως τῷ Ἀντιφῶντι καὶ διῃρμένος πρὸς ὄγκον καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀποφαντικῶν;* Philostratus l. l. pag. 500: *σοφιςικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μέν, σοφιςικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονόιας ἐν ᾧ γνωμολογίαι τε λαμπραὶ καὶ φιλοσόφοι;* Brutus Ciceronis Cap. 7. „crebri erant sententiis;" eas ab Antiphonte in prooemiis potissimum frequentari observasse mihi videor hinque petita esse maxime quae multa id genus ex Antiphontis libris sublecta exstant in florilegio Stobaei. Cf. I. 68, 112, 285, 334, 336, 380 ed. Schow, tantamque exemplorum copiam, quae huc faciunt, ex ejus orationibus superstitibus licet expiscari, ut prope difficilius sit eligere quam reperire. Cf. de caede Herodis § 5: *οὐ γὰρ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτόντα διὰ ῥήματα σωθῆναι, οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι*, ibid. § 6, de saltatore § I., § II., § 4—6; in novercam § 2, tetral 2, *β* init., I, a; 1, 4, 2; 2, *γ*, I; 2, 4, 2. Et quoniam Cicerone auctore loci communes, utpote a personis avocati, sine contentione dicuntur, Antiphon in primo aditu ad caussam judicandus est sedatus ac placidus esse; nihil invenies atrox, iratum, invidum, mirabile, omnia sunt casta, verecunda, incorrupta, sincera nec magis id agit, ut, qui audiunt impetu quodam ac perturbatione regantur quam animi consilio ac judicio suo

---

14) Cicero de oratore II. 79 illa Aristotelis latina fecit.

stent; denique, si adhibueris quae Cicero exhibet de orat 2, 29: „una esta ratio conciliandorum, altera docendorum, tertia concitandorum hominum," illud conciliandi studium solum regnare videbitur. Poterat enim Meyerus, quod judicat de exordio orationis quae est de caede Herodis: „Die Einleitung ist Vertrauen erweckend," (cf. encyclopaedia Halensis s. v. Antiphon) optimo jure de omnibus exordiis Antiphonteis profiteri. Per autem appositam fuisse hanc quam iniit rationem ad animos hominum amice conciliandos audientiamque verbis faciendam sequitur ex iis quae verissime disputat Aristoteles (rhet. 2, 21, 30) *χρῆθαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρυλλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις ἐὰν ὦσι χρήσιμοι· διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοιναὶ ὡς ὁμολογούντων ἁπάντων ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσι.* Videtur autem aut ignorasse aut defugisse Thrasymachi, aequalis, doctrinam, quem singulari libro docuisse constat quibus maxime modis in animis misericordia excitaretur (cf. Platonis Phaedrus p. 82 ed. Tauchn., Aristotelis rhet. 3, 1, Spengelius l. l. p. 94), nec cum iis fecisse qui ejus fere aetate acri et vehementi incitatione tragoediisque quibuslibet animos audientium inflammabant, quos exagitat Aristophanes Vesp. vss. 560 et 975.[15]) Tametsi enim manifestum est in initio orationis in novercam id agere ut accusator calamitosus miserandusque a judicibus habeatur (*νέος μὲν καὶ ἄπειρος δικῶν ἔγωγε ἔτι, δεινῶς δέ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος*) eodemque spectare quae dicit de caede Herodis § 1 et tetralog. II. *β*. I., tamen satis habet verbulo de misera condicione significasse, utpote non nescius vere habere quod affirmat Demetrius de elocutione § 28 *ἁπλοῦν εἶναι θέλει τὸ πάθος.* Tantum autem abest, ut adversarios probris conviciisque acriter pronscindat sive sugillet, ut ne nomina quidem usquam invenias adjecta. Denique a comparibus et oppositis similiterque conclusis et cadentibus et ab omni illa supellectile ad ostentationem magis quam ad utilitatem comparata, quae alias saepius adscivit, in principiis fere abstinuisse eum animadverti et pleraque omnia dicta sunt tenuiter atque attenuate. Jam vero comparantem Antiphontis exordia cum Lysia discrima quaedam, quae inter ipsos intercedant, vix effugient. Amat enim Lysias statim in ipso vestibulo paucis quidem sed acriter perstringere ac traducere eorum cum quibus ei res est pravitatem improbitatemque, veluti non solum sibi dicenti verum etiam toti civitati damnosam, ut, qui legit ejus orationes, non possit adversarium confestim non judicare malignum et nefarium, innocentiam dolere, dicentis caussam veram putare, et vereor ne maximam partem sint ex eo genere petita quod dicit Aristoteles (cf. l. l.)

---

15) ne judices istis praestigiis decepti in sententiis ferendis prave secundum hunc illum statuerent, videtur lege cautum esse, ut ne quis abuteretur malis artibus, quibus tanquam aliqua machinatione sive ad severitatem quandam Catonianam sive ad remissionem animorum contorqueret eos qui aderant, cujus quidem legis et Antiphontem mentionem facere crediderim de salt. § 9 *τοῦ μὲν οὕτως ἔχοντος ἐς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα κατηγορεῖν* et Lysiam adv. Simonem § 46: *ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νόμιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν.*

ἐκ τοῦ ὀργίζειν. Vide mihi orationes Lysiae, quae hac ratione maxime splendent atque lucent, de caede Eratosthenis, adversus Simonem, de vulnere praemeditato, de trunco oleae excisae, defensionem senis emeriti, de obtract., in Theomnestum, in Eratosthenem, in Agoratum ect. Neque vero caussa, cur Lysias statim hostem quasi caesim punctimque petat, ut non eos solum quibus litem intendit, verum etiam eorum patres, avos, proavos acerbius increpet vehementiusque in eos invehatur (cf. in Agorat. § 3, de affect. tyran. § 2, in Nicomachum § 1—2) non est in propatulo. Cum enim Lysiae orationes omnes fere in eam incidant aetatem quae subsequitur proxime anarchiam quam vocant (cf. Clinto in fastis Hellenicis pag. 93, Spengel. l. l. p. 124: „Post anarchiae annum Lysias demum in forum processit"), ubi tota natio facinorosa eorum, qui cum trigintaviris modo de imperio atrocissimo saevissimoque dejectis aliquo sive necessitudinis sive consuetudinis vinculo constricti erant, ut in recenti memoria scelerum ardore incendioque animorum nondum restincto quamvis concessa impunitate, tota civitas propenderet ad invidiam iramque, nonne qui istiusmodi principia praetexebat orationibus, qualia tempora ipsa flagitabant, hisque armis succinctus in certamen procedebat gratiam favoremque audientium sese initurum esse poterat sperare. Sed quoniam, ut meam faciam Ciceronis doctrinam de orat. 2, 79: „quum erit utendum principio, quod plerumque erit, aut ex reo aut ex adversario, aut ex re, aut ex iis apud quos agetur, sententias duci licebit," Antiphon semper ex rei ipsius visceribus principia sumpsit, Lysias maxime vel ex hominum, quorum res agitur, vel ex eorum apud quos dicit condicione atque temporibus, quo fit ut ille compareat in ipso aditu ad caussam et communitione verecundus et sedatus, hic vero acer atque pugnax.

Quamvis vero facile patiar Dionysium suo jure laudibus efferre Lysiae dicendi copiam ubertatemque tanquam pro portione ac natura caussarum aptissime exordientis (cf. de Lys. judic. cap. 17: *μάλιςα δ' ἄν τις θαυμάσειε τὴν ἐν τοῖς προοιμίοις αὐτοῦ δύναμιν ἐνθυμηθεὶς ὅτι διακοσίων οὐκ ἐλάττους δικανικοὺς γράψας λόγους, ἐν οὐδενὶ πεφῄνεν οὔτε ἀπιθάνως προοιμιαζόμενος, οὔτε ἀπηρτημένῃ τῶν πραγμάτων ἀρχῇ χρώμενος, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἐπιβέβληκε τοῖς αὐτοῖς, οὐδ' ἐπὶ τὰς αὐτὰς κατενήνεκται διανοίας· καίτοι γε τοῦτο καὶ οἱ τοὺς ὀλίγους γράψαντες εὑρίσκονται πεπονθότες· λέγω δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν τόποις.*[16]); de Isaeo cap. 7: tamen longe majore brevitate percurruntur principia Lysiae quam Antiphontea, de quo et Dionysius l. l. confitetur quum dicit eum properare in rem ipsam, unde conflatum sit judicium (*ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἐπείγεται*), et vero Plato in Phaedro jenunitatem exilitatemque Lysiae in oratione exordienda conspicuam non injuria videtur exagitare. Sequitur ut explicemus de altera orationis parte, vel

---

16) Putaverim *πίςωσιν* in Phaedro Platonis 267 C. idem esse quod ab aliis dicitur *κατάςασις* et falsum esse quod affirmat Spengelius pag. 36 in synag. techn. nomen *κατάςασις* neque apud Platonem neque apud Aristotelem exstare.

exordio proxima, vel ab nonnullis exordio comprehensa, *κατάςασιν* dico, eamque Ernestius in lexico rhetorico sic describit: *κατάςασις* dicta est rhetoribus narratio, quatenus caussae constitutio est, quae omnem statum *ςάσιν*, complectitur. Atque videtur Lysias hoc quidem nomine se addixisse Coraci Siculo, quem probabile est ex iis quae annotavit Syrianus ad Hermogenem p. 240 Ald. *γνωςέον δὲ ὅτι καὶ Κόραξ ὁ τεχνογράφος τῷ τῆς καταςάσεως ὀνόματι κέχρηται, προοίμια τοῦ λόγου τὴν κατάςασιν καλῶν.* Est enim hoc membrum orationum Lysiacarum tam exile tamque concisum, ut nihil nisi primis quasi lineis omnem rem, quae in certamen venit, adumbrare consueverit et ad eorum disciplinam se conformavit qui voluerunt Dionysio teste summae rei significationem quam maxime contrahi; (cf. Dionysius de Lysia judic. 24: *κελεύουσι συστρέψαντες εἰπεῖν τὸ πρᾶγμα, ἵνα μὴ ἀγνοῶσι τὴν ὑπόθεσιν οἱ δικαςαί,*) quae disciplina haud scio an ad ipsos rhetores Siculos auctores sit referenda. Sufficiat vero legentes amandasse ad has Lysiae orationes quibus quae posui videntur comprobari: de caede Eratosth. § 4, adversus Simonem § IV, de trunco oleae sacrae exciso § 3, al. Sed Antiphon rem longe aliter instituit et illam caussae constitutionem ita amplificavit ac dilatavit, ut re nondum enarrata jam pugnet probetque atque confirmatio quae dicitur (*ἀγών*) narratione (*διήγησις*) intromissa bifariam dispesci et divelli videatur. (cf. de caede Herodis § 8—19, in novercam 5—13, de saltatore 7—11), et similiter atque Jsaeus, Demosthenes, Jsocrates res praeparare et interrupte pugnare dicendus est. Cf. de Jsaeo Dionysius in judicio de eo cap. 3: *καὶ γὰρ ἐφόδοις χρῆται (ὁ Ἰσαῖος) καὶ παρασκευαῖς καὶ μερισμοῖς τεχνικωτέροις;* ibid. cap. 15: *τότε δὲ προκατασκευάζεταί τινα πρὸ τῶν διηγήσεων πράγματα;* adde orationem de Meneclis hereditate § 13. pag. 18. edit. Schoemanni; cf. de Demosthene Syrianus in Hermog. 240; Spengel. l. l. 36 et 37; de Jsocrate scholiasta ineditus in Hermogenem in codice Monacens. apud Spengelium pag. 161. [17]). Sed venio ad narrationem, (*διήγησις*), cujus vim Hermogenes ita constituit: *διήγησίς ἐςι παντὸς προβλήματος αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξ οὗ συνέςηκεν ἡ ὑπόθεσις* [18]), vel ut interpre-

---

[17]) Quod dicit auctor argumenti tetralogiae I., *α*, propter artem oratoriam Antiphontis aetate nondum satis excultam abesse *κατάςασιν*, homo quisquis fuit, hoc vocabulum eo sensu usurpavit, ut *κατάςασιν* eandem haberet atque *διήγησιν* quam vulgo appellant. Narrationem enim non habent tetralogiae, utpote quae versentur in caussis fictis, non in veris. Aut vero ille confudit *κατάςασιν* et *προοίμιον*, quo exordio oratores passim abstinuisse testantur Aristoteles (rhet. 3, 14, 139: *διόπερ ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηςέον προοιμίῳ* et Quinctilianus 4, 1, 72. Cf. Dionysii ars rhet. pag. 206, ed. Tauchn.)

[18]) Quae non locum habet nisi in orationibus judicialibus teste Aristotele rhet. 3, 13, 137: *διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ μόνου λόγου ἐςίν, ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ πῶς ἐνδέχεται εἶναι διήγησιν οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν;* cf. lib. 3, 16 vss. 25, rhet. Graeci 7, pars altera pag. 730, ed. Walz. Neque vero in omnibus orationibus excipit exordium, sed est ubi intromittitur post probationem demum quae apellatur, et sic rem instituit Demosthenes in Midiana et Aeschines in oratione contra Timarchum.

tatur Ernestius in lexico rhetorico: narratio ipsius rei et caussae ex qua controversia conflata est. Nihil autem novi, quo apertius significari videatur quid inter Antiphontem atque Lysiam intercedat discriminis, quam rei enarrandae arte atque diligentia. Verum quum duo genera narrandi recte distingui soleant aliudque sit id quod extra caussam est sed ad caussam facit, aliud vero totum quantum positum est in ipsa caussa (cf. Quinctil. 4. 2. 11: „ego autem magnos alioqui secutus auctores duas esse in judiciis narrationum species existimo, alteram ipsius caussae, alteram rerum ad caussam pertinentium expositionem;" adde Victorium ad Ciceronis rhetorica pag. 148; Apsinem apud Walzium rhet. Gr. 9, 494): nescio an hoc sit Antiphonti, illud vero superius Lysiae vindicandum, illeque sit dicendus rerum gestarum, unde lis atque caussa orta sit, narrator, exornator Lysias, quamquam, si ad id quod Jsocrates proponit exemplar normamque dicendi atque ad Demosthenis et Aeschinis consuetudinem exegeris Lysiae et Antiphontis narrationes, hi quidem non omnes artis numeros habere videbuntur (cf. de Jsocrate rhet. Graeci 7, pars II, pag. 917: *εἰ γὰρ Ἰσοκράτης ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ διδάσκων, ὅπως δεῖ διηγεῖσθαι, φησὶν, διηγητέον δὲ τό τε πρᾶγμα καὶ τὰ πρὸ τοῦ πράγματος καὶ τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὰς διανοίας, αἷς ἑκάτερος τῶν ἀγωνιζομένων ἔπραξε τόδε τι*) et prae illis utique brevior est itaque demum vere habet quod affirmat de Lysia Dionysius de Lys. judic. cap. 17: *καὶ γὰρ τὸ σύντομον μάλιςα αὗται ἔχουσι αἱ διηγήσεις.* Neque tamen ulla re Lysias magis excellit quam enarrandi diligentia atque laude estque haec pars omnium longe potissima et spatiosissima, quae apud Antiphontem multo arctioribus finibus circumscripta tenetur atque ad reliquae orationis modulum quam maxime brevissima. Apud ipsos autem legitur quasi fidei quaedam confessio nec quid hac in re probandum judicarent nos celaverunt. Lysias enim sese omnem controversiam ita enarraturum profitetur, nihil ut reticeat seu omittat (cf. de caede Eratosthenis § 5: *ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα· ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλειπών;* in Agoratum § 4: *δεῖ δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πραγμάτων ἁπάντων ἀκοῦσαι;* in Diogitonem § 3: *ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμᾶς περὶ αὐτῶν διδάξαι πειράσομαι;* de pecuniis publicatis § I: *οἴομαι μὲν οὖν ἄν πάντα διηγήσομαι τὰ πεπραγμένα ὑμῖν πρὸς Ἐράτωνα καὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας, ῥαδίως ἐξ αὐτῶν ὑμᾶς εὑρεῖν ἃ προςήκει σκέψασθαι περὶ ταύτης διαδικασίας;* in Eratosth. § 3: *ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς ὡς ἄν δύνωμαι δι' ἐλαχίςου διδάξαι.*), Antiphon vero declarat ita provincia ista functurum esse, ut, ne sit molestus, nonnulla de rerum dicendarum copia reticeat ac summa quaeque delibasse satis habeat; cf. in novercam § 18: *καὶ τὰ μὲν ἄλλα μακρότερος ἄν εἴη λόγος περὶ τοῦ δείπνου ἐμοί τε διηγήσασθαι, ὑμῖν τ' ἀκοῦσαι· ἀλλὰ πειράσομαι ὡς ἐν βραχυτάτοις ὑμῖν διηγήσασθαι ὡς γεγένηται ἡ δόσις τοῦ φαρμάκου* idque re et usu comprobatur atque eae quae insunt in orationibus de caede Herodis et de saltatore narrationes summa insignes sunt brevitate (cf. de saltat. § 11—15; de caede Herodis § 20—24) reliquorumque membrorum ambitu multum superantur.

Atque caussa quidem cur Lysiae expositiones conspicuae sint ubertate atque admirabilis et singularis sit explicatio narrandi ac copia, videtur posita esse in acerrimo illo, quod a Socratis disciplina ac familiaritate ducendum est, vitae usus ipsiusque veritatis imitandae studio curaque impensa, id quod vulgo vocatur ἠθοποιΐα, (cf. Dionysius de Lys. cap. 8, de Jscorate cap. 11, quo omnem narrationem condiri vult Aristoteles rhet. 3, 16, 143 Bkk. [19]). Inde vero profecta est quae in Lysia laudatur veritatis fides, cf. Quinctiliani inst. rhet. 3, 8, 51 qui in hanc disputat sententiam: „Neque enim minus vitiosa oratio est si ab homine quam si a re, cui accommodari debet, dissidet ideoque Lysias optime videtur in iis quae scribebat indoctis, servasse veritatis fidem.“ Adde Hoelscheri verba l. l. p. 35 et Winkelmanni 5, 9, 444 ed. Eiselein: „Plinius sagt von dem Maler Aristides: Is omnium primus animum pinxit et sensus hominum expressit, quae vocant Graeci ethe. [20] Was dieser in der Malerei, war Lysias in der Beredsamkeit.“ Solet enim orator suavissimus ille homines quorum caussa agitur, ita describere, ut quasi ad vitae quotidianae consuetudinem mores expressos ac veluti in tabula depictos legas, et ita de rebus gestis exponere, ut sit rerum quae geruntur sub adspectum paene quaedam subjectio. Quo fit ut eum hominum agendi consilia caussasque rerum sagacissime indagatas aperire videamus, sermones dicentium vitae generi pro portione adaptare, ut proferant convenientissima quaeque atque mores hominum ingeniaque ex oratione pelluceant

---

[19]) Adde quae disputat Meyerus ad Winkelmanni opera ed. Eiselein 5, 9, 3, p. 443. Priscianus vocis ἤθους vim exprimit vocabulo allocutio, cf. Walzius ad rhet. Graec. I. 531, quamquam Quinctiliano teste I. 2, 6 quod respondeat ipsi nomen in lingua latina non exstat: „ἦθος, cujus nomine caret sermo Romanus, mores appellantur. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi non tam mores significari videntur quam morum quaedam proprietas.“ Cf. Cicero Orat. Cap. 37 init.

[20]) Ut regnat ista ἠθοποιΐα in libris Socraticorum maximeque apud Platonem in dialogis et apud Xenophontem, (cf. Aristides apud Walzium rhet. Gr. tom. 9, pag. 427 *τὰ δὲ ἤθη ὁ Ξενοφῶν ἐργάζεται πρῶτον μὲν πρὸς τὰ ἰδιώματα ἀφορῶν τῶν προσώπων περὶ ὧν ἂν ποιούμενος τοὺς λόγους τυγχάνῃ· ἔπειτα τοὺς καιροὺς ὁρῶν καὶ πρὸς τούτοις τὰς περιςάσεις καὶ τὰ συμβεβηκότα καὶ τὰ παρόντα αὐτοῖς καὶ τὰ παρακολουθοῦντα*), ita Antiphontis, utpote illius leporis immunis mentem patet non irrigatam esse alma Soratis eorumve qui ab ipso erant doctrina.

Quod veritatis imitandae studium, Socraticis vindicandum, prorsus videtur ignotum fuisse rhetoribus Siculis et qui ex eorum ludis prodibant, ut Lysiam primum ab istis edoctum plane alium factum esse usum Socratis familiaritate verisimile sit. Ita videtur explicandum quod a fucato dicendi genere rhetorum Siculorum, quod comparet in epitaphico, in orationibus judicialibus abstinet itaque demum intelligitur qui Plato, artis sophisticae adversarius acerrimus, in Phaedro suo jure Lysiam exagitare potuerit.

Etiam Thucydides est in numero eorum qui illud ἠθικόν habent; cf. quae dicit I, 22: *ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαςοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιςα εἰπεῖν ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται;* sed hoc restringas ad ejus orationes.

et agnoscantur; vitae tum praesentis tum anteactae reddere rationem adeoque paternorum avitorumque meritorum censuram agere, (cf. pro Philostrato § 13, in Alcibiadem § 2, 17): ne multa, tam dilucide et distincte vel ad locorum, vel ad temporum, vel ad hominum condicionem omnia ecferre atque oculis subjicere, ut in scena quasi repraesentari dicas totamque rem non gestam audire sed pictam contueri tibi videaris, et naturalem quandam auctoritatem inesse in hac oratione non possis non confiteri; cf. Dionysius de Lys. iud. cap. 7: *ἔχει δέ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις· αὕτη δέ ἐςι δύναμις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα, γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως.* Hinc illud est quod Lysiae orationes ad tempora, qualia ejus aetate fuerint, recte cognoscenda multum conducunt, Antiphon vero nihil fere afferens nisi quod in ipsius caussae visceribus haeret, hac mente relegentibus non largam suppeditat materiam. Sed quoniam narrantis maxime est uti oratione perspicua dilucidaque, majore enim periculo haec pars orationis obscura est (vide Cic. de orat. 2, 80), is autem demum poterit perhiberi perspicue dicere qui eligit verba propria, significantia, usitata, hoc quidem nomine haud scio an in neutro quicquam possit desiderari. Nam Lysias quidem hac virtute omnino insignis est et pure dilucideque ut qui maxime ubivis dicit. (cf. Dionysius de Lysia judicium. cap. 2.): *καθαρός ἐςι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριςος κανών*) et vero cavendum est ne in Antiphontis narrationes transferas quod alias non vitat verborum novorum et factorum insolentiam, translatorum gravitatem suavitatemque, obsoletorum priscorumque obscuritatem et granditatem, ut tota plaustra istorum ex Suida, Ammonio, Photio, Hesychio, aliis, quae novaverit Antiphon, sublegi liceat (cf. Galeni verba in Harpocrat. glossar. apud Fabricium in bibliotheca Graeca 2, 26, Dionysius de Jsaeo cap. 20, de compositione verborum XXII., de admir. vi dicendi in Demosthene 38, 1.) Est vero, ut aliae partes orationis alia forma tractandae sunt (Cic. orat. cap. 22, Dionysius de adm. v. d. in Demosthene 18: *οὐχ ἅπαντα δὲ τὰ πράγματα τὴν αὐτὴν ἀπαιτεῖ διάλεκτον, ἀλλ' ἐςὶν ὥςπερ σώμασι πρέπουσά τις ἐσθὴς, οὕτως καὶ νόημασιν ἁρμόττουσά τις ὀνομασία* cf. Cic. orator. 54, 181.), narratio qualis solet esse Antiphontis quam maxime nativa longeque simplicissima, atque sive ad res quae explicantur, sive ad dicendi genus quo est vestita, ad popularem intelligentiam aptissima; tota inquam oratio tam sedate submisseque incedit, ut paene in alium orbem delatus Herodotum legere tibi videaris sermonemque citius dicas quam orationem. Proinde quod alioquin facit, ut singula membra partesque comprehensionum inter sese exaequet et quasi ad decempedam exigat et opponendo potius divellat quam coagmentet annectendo, ut oratio in perpetuis vibretur *ἀντιθέτοις*; soleatque verbis similiter incipientibus exeuntibusque numerum quendam ac concentum orationi conciliare, quamquam omnino non Gorgiae consuetudine omnia ita collustrat, nulla ut sit umbra: istis lenociniis condimentisque orationis aurium voluptatisque caussa deliniendae, de criminis origine narrantem vix unquam ac ne vix quidem usum esse

invenies; quid multa, oratio tum prorsus est civilis et ea quae frequentari solet in quotidiano usu atque sermocinatione, quam appellat Aristoteles *λέξιν εἰρομένην* et ingeniosissima mulier Francogalla de Staël stile parlé. Et quum abhorreat a sermocinantium liberiore cursu artificiosior perfectiorque quaedam continuationum conformatio et dici vix possit quam sit ineptus qui numero quodam orbeque concluderet colligaretque verba quae in quotidiano usu et consuetudine evolant: Antiphontis in hac orationis parte, de quo agitur, non est artificiosius compositus, sed vinctus laxius sermo, qui a rhetoribus, veluti a Demetrio de elocutione audit *λέξις διαλελυμένη*, nudus ille ac rudis, ad solos animorum sensus exprimendos reperta, qui numeros infringit ac concidit, ut minutos sequatur sententiasque ut potest ecferre solet, quae infantia quaedam dicendi appelletur. Hoc quidem manifestum est ex multo crebroque usu particula *οὖν* ad transitum faciendum, (cf. in novercam § 15 *εἰ οὖν*, § 16 *κάλλιςον οὖν*, § 17 *ἡ οὖν παλλακή*; ibid. *ἔδοξεν οὖν*, § 20 *ὁ μὲν οὖν Φιλόνεως* [21]); de saltat. § 12: *ἐγὼ μὲν οὖν*, § 15 *πρῶτον μὲν οὖν ἀποδείξω*, cf. § 16); vel ex aliarum particularum, quae eodem munere funguntur, cumulatione, cf. de caede Her. § 22 *οὔτ' αὖ ἐγώ*; ibid. *αὖ ἐπειδή*; de saltatore, § 13: *ἔτι δὲ πρός τούτῳ δύο ἄνδρας*; ibid. *ἔτι τέταρτον Φίλιππον*; in eodem porro genere habendum est quod regnat, quae dicitur, oratio finita, participiorum usus structuraeque absolutae declinantur, cf. in nover. § 15 *καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν ἔλεξεν αὐτῇ*, § 16 *μετὰ ταῦτα ἔτυχε τῷ Φιλόνεῳ, ἐν Πειραιεῖ ὄντα ἱερὰ Διὶ Κτησίῳ, ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐμὸς εἰς Νάξον πλεῖν ἔμελλεν*, ubi poterat dicere *πατρὸς μέλλοντος*; § 17 *καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἐτέθυτο τὰ ἱερά, ἐντεῦθεν ἐβούλετο ἡ ἄνθρωπος*; § 18 *ἐπειδὴ γὰρ ἐδεδειπνήκεισαν*; § 20 *καὶ ἐκεῖνοι ἐπειδὴ ἀπέσπεισαν*; de caede Herod. § 23 *ἐπειδὴ δὲ μετεξέβημεν εἰς τὸ ἕτερον πλοῖον, ἐπίνομεν*; ibid. *τῇ δὲ ὑςεραίᾳ, ἐπειδὴ ἀφανὴς ἦν, ὁ ἀνὴρ ἐζητεῖτο*; § 24 *ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀνὴρ οὔτε ἐν Μιτυλήνῃ ἐφάινετο ζητούμενος, οὔτ' ἄλλοθι οὐδαμοῦ — ᾠχόμην κἀγὼ πλέων*; de saltat § 11 *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεςάθην εἰς Θαργήλια — ἐχορήγουν*; § 12 *ἐπεὶ δὲ ἧκον οἱ παῖδες, πρῶτον μέν μοι ἀσχολία ἦν ἐπιμελεῖσθαι*. Ex liberiore orationis usu et ad vitae quotidianae consuetudinem expresso [22]) profectum est quod non multa acervatim frequentans una complexione devincit et quod ea, quibus sententiae primariae explicantur, non alicunde apta nec in uno eodemve quo quae principatum obtinent ambitu illigari videmus, ut sui iuris sint necdum illorum ditioni subjecta. Inde fit, ut

---

21) Flectit, ut passim Thucydides, non raro modo Jonio.

22) Ex quotidiano dicendi usu explicaverim quod utitur particula *ἅμα* altero aliquo ad quod referatur non adjecto; cf. Suidas. s. v. *παρὰ δὲ τῷ Ἀντιφῶντι τὸ ἅμα κεῖται ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ*; cf. in nover. § 19: *καὶ ἅμα οἰομένη*, quamquam per me non stat quin ex usu Homerico, quem imitatum esse testatum est in verbis eligendis, ductum esse sumas. Similis est usus *ἅπαξ* de caede Herodis § 16 (*ἅπαξ ἀποφυγόντι*) prorsus ut nos loquimur qui voce einmal ita passim utimur, ut non cogitemus de altero quodam quod reiespondeat.

non fere unquam usquam utatur tam crebro nisi illo loco iis particulis, quorum est conjungere sive verba sive membra, *καὶ* dico, vel alia id genus. Attamen, quamvis istud enarrandi dicendique genus sequi videatur, tamen non comparent subitae orationis conversiones, quales fert quotidiana sermocinantium consuetudo, veluti ex indirecta quae vocatur dicendi forma in indirectam transitus, quae non semel occurrunt Lysiam legentibus (vide mihi orat. de caede Eratosth. § 18, 20, 26, in Diogitonem § 13); non reperitur apostrophe quaedam acerbiorve adversariorum compellatio, ejus similis quae exstat apud Lysiam in Agoratum § 26 et in Diogiton. 13—15; neque vero ulla, quae ab naturali consuetoque ordine recedat, verborum ac sententiarum perturbatio seu hyperbata, in quibus alias multus est similiter atque Thucydides, (cf. Maetznerus in editione Antiphontis p. 129 et 239, Goellerus ad Thucydidem I. 37, et indicem s. v. trajectio [23]); verba non adsciscit ad sonum exquisita, ut saepe facit, sed sumpta de medio; denique oratio artis nihil fere habet et ad indoctam consuetudinem vitaeque quotidianae usum accommodatissima, dissipata, fluens, inculta erit dicenda. Sed quod supra posui, quum *ἤθη* quae Graeci appellant ab Antiphonte abjudicarem, id forsitan cautione aliqua eget quamvis salva sententia supra prolata. Videtur enim ea oratio, quae rebus dicendis convenienter prudenterque adaptetur, non injuria appellari morata, quamvis morum quasdam imagines plena luce collustratas, quales vindicatum ivimus Lysiae, non repraesentet; et vero narrandi genus quod praeplacet Antiphonti, si non nescio quibus *ἤθεσι* at certe leporibus quibusdam conditum est, quippe qui quasi Herodoti instar, quem in vulgus constat nulla re suaviorem esse magisve legentium animos allicere quam acerrimo illo omnia quamvis levissima simplicitate lepida ac nativa quadam vel interpretandi callidius vel enarrandi fusius studio atque benevolentia, qua anxie videtur tanquam familiarissimos legentes amplexari, provideque eorum rationibus ita consulere, ut caveat, quantum in ipso est, ne quid eos subterfugiat, in curtas illas narratiunculas et, si contenderis cum reliquae orationis ambitu atque corpore, levissimas, non dedignetur res inspergere minutulas et quae, qui ad severioris rationis judicium auctoritatemque singula momenta revocabit, fere inutiles et citra necessitatem inculcatas esse dixerit.

Nam quod refert in oratione de caede Herodis § 22: *ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐπλέομεν ἀρέγαρον ἦν τὸ πλοῖον, εἰς ὁ δὲ μετέβημεν, ἐρεγασμένον* et quod adjicit *τοῦ δὲ ὑετοῦ ταῦτ' ἦν*, quid quaeso attinebat indicare id quo factum esset consilio imbriumque arcendarum ergo naviculam tectam esse monere; Hercle non Oedipo opus est ad istam caussam divinandam. Verum juvabit fortasse attulisse similia. Quod enim legimus in oratione in novercam § 17 homunculos istos, quibus intenditur lis, postquam advenissent, sacrifiasse in Piraeo, si rem ad vivum resecabis,

---

23) quae quo consilio facta sit, satis recte indicavit ad l. l. Apud Antiphontem autem maxime effectum est, ut verba loco non suo interdum prodirent, numerose apteque dicendi studio.

nihil fere fuisse, cur subindicaret audientibus, facile confitebere, opinor, nec plus inteerat, si quid video, referre de muliercula, meliusne ante an post epulum letale istud poculum porrigeret, apud animum deliberante. Talia Hypsaeo caecior per sese non monitus intelligeret. Postremo denique in calce hujus capitis, quod versatur in narrandi laude et Antiphontis et Lysiae pro se quemque attendere velim utriusque esse communem continuum quendam nec interruptum dicendi narrandique tenorem ac perpetuitatem, qua quidem re, ut inter se similes sunt, ita differunt ab aliis oratoribus Atticis, veluti ab Aeschine, Isaeo, Demosthene, qui crimini per partes relato probationes ponderaque argumentorum immiscere non raro consuerunt, ut inter narrandum eos iam pugnam ciere atque digladiari videamus; cf. Dionysius de Isaeo judic. cap. 14: *τὰς διηγήσεις τότε μὲν ἀπροκατασκευάςους καὶ συντόμως καὶ οὐδὲν προλαμβάνουσας τῶν ἀποδεικτικῶν ἐν τῇ προςηκούσῃ τίθησι χώρᾳ, καθάπερ ἐφ' ᾧ πρὸς Μέδοντα ποιεῖ λόγῳ καὶ ἐν τῷ πρὸς τὸν Ἀγνόθεον καὶ ἐν τῇ πρὸς τοὺς δημότας ἀμφισβητήσει περὶ τοῦ χωρίου καὶ ἐν ἄλλοις συχνοῖς· τότε δέ μερίσας αὐτὰς εἰς τὰ κεφάλαια καὶ παρ' ἕκαςον αὐτῶν τὰς πίςεις παρατιθεὶς, ἐκμηκύνει τε μᾶλλον καὶ ἐκβαίνει τὸ τῆς διηγήσεως σχῆμα, τῷ συμφέροντι χρώμενος.* Neque vero, ut hoc adjiciam, invenies nec apud Antiphontem nec apud Lysiam inspersas vividiores quasdam descriptiones locorum, regionum, rerum gestarum, ad ornatum paratas, vel etiam fabularum, quibus res illustrentur accuratius, expositionem uberiorem, quibus oblectant interdum legentes Demosthenes et Aeschines (cf. quae annotavit Dissenius ad orationem de corona pag. 269 in ejus editione; Matthaei apud Reiskium in edit. orat. Graec. vol. IV. p. 1252.), quae descriptiones a proposito paullum declinantes solent nuncupari a rhetoribus *διατυπώσεις* (cf. Tiberius apud Walzium in rhet. Graec. corpore 8, 572: *ἡ δὲ διατύπωσις ὅτε μὲν ὑπομιμνήσκει τῶν γεγενημένων ἐναργειῶν καὶ ἑκάςων ἐξαριθμουμένων τῶν μερῶν*, cf. Aquila § 13 ed. Frotscher). Sed videtur iam transeundum esse ad quartam orationis partem quae vocatur confirmatio (*ἀγών*), posita quidem in probandis confirmandisque suis, in adversariis vero infringendis atque refutandis. Quamquam enim illud convincendi, studium voluntasque et certamen quasi quoddam persuadendi per omnem orationem sparsum ac diffusum est, unde factum, ut sensu quidem latiore illud vocabulum *ἀγὼν* non raro universam orationem complectatur, tamen vis ac potestas ipsius a rhetoribus non raro restringitur ad eum locum, ubi oratores pugnant acerrime et demonstrationum defensionumque ponderibus atque momentis student vehementissime adversarium de gradu dejicere. [24])

---

[24]) Haud scio an erret Spengelius, qui in prolegg. in Hermogenem, ubi ille *ἀγὼν* his verbis definitur: *ἀγῶνες δὲ (εἰσὶ) ἔνθα παράγει (τις) δι' ἐναγῶν ἀποδείξεων ὅτι ἀληθεύει*, pro *ἐναγῶν* rescribit *ἐναγωνίων*. Equidem corruptam vocem mutaverim in *ἐναργῶν*, quoniam videtur orator dici posse ceteris orationibus pugnare obliquius et tectius, hac vero, qua unice id agit, ut probet, aperte et propalam.

Sed ut sequamur institutam quaerendi viam ordinemque, primum quidem videbimus de Lysia. Atque abunde testatum est eum oratorem in confirmatione ac contentione vim dicendi et impetum deficere orationemque propemodum fatiscere, cf. Dionysius de admir. vi dic. in Demosth. cap. 13. *φυσική τις ἐπιτρέχει τοῖς Λυσίου λόγοις εὐρομία καὶ χάρις, ὥσπερ ἔφην καὶ πρότερον· αὕτη μέντοι καθάπερ νότιός τις αὖρα, μέχρι προοιμίου καὶ διηγήσεως αὐτὸν ἄγει. ὅταν δὲ εἰς τοὺς ἀποδεικτικοὺς ἔλθῃ λόγους, ἀμυδρά τις γίνεται καὶ ἀσθενής*; cf. quae in eandem sententiam profert de Lys. judic. cap. 15 *περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων ἀφελής τις καὶ ἀπερίεργός ἐστιν*, et de Jsaeo judic. cap. 16: *ἐν δὲ τοῖς ἀποδεικτικοῖς διαλάττειν ἂν δόξειεν Ἰσαῖος Λυσίου τῷ τε μὴ κατ' ἐνθύμημά τι λέγειν, ἀλλὰ κατ' ἐπιχείρημα καὶ τῷ μὴ βραχέως, ἀλλὰ διεξοδικῶς μηδὲ ἁπλῶς, ἀλλ' ἀκριβῶς. αὔξειν τε μᾶλλον καὶ δεινότερα ποιεῖν τὰ πράγματα καὶ τὰ πάθη ποιεῖν γενικώτερον.* Idem vero comprobatur iis quae exstant in Photii bibliotheca cod. 262, 485 vss. 20 ed. Bkk., ubi oratio Lysiae, quae est de olea sacra, in suspicionem illa temere vocata, sic defenditur a dubitationibus eorum qui ejus fidem labefactent: *καὶ μὴν καὶ τὸ κατ' ἐνθύμημα, ἀλλὰ μὴ κατ' ἐπιχείρημα προάγειν τὰς ἀποδείξεις τοῦ Λυσίου μάλιστα τὸ ἰδίωμα ἀπαγγέλλει* [25]). Neque tamen caussa cur ipsa confirmatio orationum Lysiacarum cedat aliis non est in propatulo et sita sine controversia in singulari illa rei enarrandae laude ac virtute, utpote qua, aptissime vel ad homines vel ad tempora rerumque condiciones narrans, in quo cerni ethopoiiam monitum est, id effecit, ut in narrationibus limatis ac moratis tanta inesset auctoritas, ut si verum quaerimus, probationis locum simul obtinerent. Quotus enim quisque est quin videat, quando Aristotele teste (rhet. I. 2. 7) *σχεδὸν ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην πίστιν ἔχει τὸ ἦθος* (adde Dionysium de Lys. jud. Cap. 18: *ἡδεῖαί τέ εἰσι (αἱ διηγήσεις) ὡς οὐχ ἕτεραι καὶ πιθαναὶ καὶ τὴν πίστιν ἅμα λεληθότως συνεπιφέρουσιν· ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι μήθ' ὅλην διήγησιν μήτε μέρος αὐτῆς ψευδὲς ἢ ἀπίθανον εὑρεθῆναι*) apte narrando Lysiam propemodum uno colore duos parietes, ut ajunt, dealbasse et dici posse, antequam pugnet, jam pugnasse quam maxime et paene debellasse. Proinde id persuasissimum habeo ob nullam caussam optimum esse eum ad rerum probabilitatem investigandam perhibere Dionysium (de Lysia cap. 19: *καὶ γὰρ τοῦ εἰκότος ἀνὴρ ἄριστος εἰκαστής*) nisi ob narrandi probabilitatem summam laudemque fide dignissimam. [26]) Sed quamvis haud gravatim feram, quod Photius (l. l.) et Dionysius

---

25) haec verba Photius ex Plutarcho exscripsit, si fides est habenda Hoelschero de vit. et script. Lys. pag. 3. Quod affirmat Cicero in Bruto cap. 16, 64 „quamquam in Lysia sunt saepe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius," longe rarissimus eorum de mea quidem sententia est usus.

26) Cic. Brutus. Cap. 9: tum fuit Lysias ipse quidem in caussis forensibus non versatus sed egregie *subtilis* scriptor atque elegans ect.

sine ullo ardore vel impetu pugnam pugnare testantur (cf. Dionysius. l. l.: *περὶ τὰς ἐπεξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων ἀφελής τις καὶ ἀπερίεργός ἐςιν*), neque ita certare, ut Periclis instar fulgurantis, tonantis, Graeciam permiscentis (cf. Ellendtius ad Cic. Brutum pag. 34) quasi quaedam incendia animorum excitet, quippe quem identidem ejus orationibus perlustratis non meminerim neque acerbius conferre in adversarium caussam, in qua ipse reprehendatur, nec despicere alto supercilio, seu deridere naso adunco, nec ita dicere ut verset saepe multis modis eadem, ut extenuet, deprecetur, supplicet, exsecretur; ne multa, non fere iis utitur [27]) sententiarum figuris quas recenset Cicero in oratore cap. 40 et 41, Cic. de orat. 3, 53, Quinctiliani instit. IX. 2, 6, Ernesti lexicon rhetoricum 336, rhetores Graeci ed. Walz. 8, 415, ubi undeviginti ejusmodi figurae enumerantur, quibus quidem singula ita illuminantur, ut significatio saepe major sit quam oratio, quo fit ut totum certamen haudquaquam sit clamosum, ut Quinctiliani voce utar, seu concertatorium atque Lysias iis sit accensendus quorum actio fuerit sedata temperataque, id quod cadit in omnes fere qui suppari orant aetate (cf. Mülleri archaeologia p. 85. not.), quamquam haud scio an hic sit fructus familiaritatis ac disciplinae Socratis, ea qua ipse erat temperantia Lysiae animum perfundentis [28]); sed nihilo secius tamen est ubi oratio dicendi quasdam faces habeat laetiusque sese effundat et exornetur, qua quidem re maxime videtur insignis mihi esse ea quam in Eratosthenem conscriptam ipsum in forum habuisse in confesso est (cf. quos supra laudavimus), ut, etiamsi discedam ab hominum facinorosorum compellatione acerbiore, (in Pancleonem § 5—8) eaque testium probatione, ut ipsa verba quibus usi erant relata legas; ut taceam tum scelerum amplificatam quandam et quasi ad digitum computatam enumerationem, qualis exstat in oratione contra Alcibiadem (§ 25, 35—38), tum hominum nequam inter sese comparationem acrem (cf. in Andocidem § 45), qua figura (*ἀντιπαραβολή*) [29]) saepe multumque uti assolet inprimis Aeschines; quae omnia in Antiphonte nequidquam quaeras: ne desunt quidem loci, ubi quamvis refragante Dionysio usurpat istas figurarum fallacias et versute callideque interrogandi laqueos objicit, quibus irretiat adversarios, et urgendo interrogata et ad interrogata [30]) sibi ipse respondendo ita exagitet, ut cogat quasi ultro arma telaque suppeditare quibus ipsi feriantur (cf. in Eratosthenem

---

27) Cf. Dionysius de Lys. jud. cap. 15: *οὔτε ποικιλίαις σχημάτων, οὔτε ταῖς ἄλλαις πανουργίαις εὑρίσκεται χρώμενος.*

28) cui conjecturae inde aliquid probabilitatis accedit quod ex Cleonis jam aetate (cf. Müller l. l.) factum est ut laterum inclinatione magis uterentur et in locum veteris actionis gestuumque virilium ac fortium declamatio succederet mollior ac commotior quam moderatior et honestior. Romani eos, qui istam simplicem veritatem in agendo sequebantur, vocabant statarios. Cf. Cic. Brutus 30.

29) refertur *ἀντιβαραβολή* ab Aristotele (rhet. 3, 137. 18) ad probationes: *ἡ ἀντιβαραβολὴ αὔξησις ὥςτε μέρος τι τῶν πίςεων.*

30) istam refellendi argumentandique calliditatem annumerat Aristoteles in artibus sophistarum

§ 33 et 40, in Dardanarios § 5, de invalido § 12), quamquam largior Dionysio non tantam copiam id genus interrogationum apud Lysiam inveniri quanta abundent Jsaei maximeque Demosthenis orationes, cf. Dionysius de Jsaeo judic. cap. 13: *ταυτὶ μὲν διαλελυμένα καὶ ἐξ ἐπεξερωτήσεως, οἷς ὁ Λυσίας ἥκιςα κέχρηται Δημοσθένης δὲ ὁ παρὰ τούτου ἀφορμὰς λαβὼν, ἀφειδέςερον*, Longinus de sublimi cap. 18, qui affert exemplum ex prima Philippicarum (I., 15); adde Dissenium ad orationem de corona p. 212.

Sed superest ut unum quiddam addam de caussae firmamentis, quae Lysias inprimis elegisse videatur. Duplici enim in probando subjecta materie, una quidem earum rerum quae non a dicentibus ipsis excogitantur et cum ipsa caussa ad eos deferuntur, una vero ea quae tota quanta in excogitatione, meditatione, argumentatione collocata artem haud parvam et acumen disiderat (cf. Aristoteles rhet. I. 2. 21. Bkk. *τῶν δὲ πίςεων αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δὲ ἔντεχνοι· ἄτεχνα δὲ λέγω ὅσα μὴ δι' ὑμῶν πεπόριςαι, ἀλλὰ προϋπῆρχεν, οἷον βάσανοι, συγγραφαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἔντεχνοι δὲ ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατὸν ὥςτε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρήσασθαι, τὰ δὲ εὑρεῖν*; cf. Apsines rhet. Gr. 9, 502, Cic. de orat. 2, 27); illa quidem testimonia, quae alicunde apta afferuntur artemque habere negant probatissimi auctores, Lysias nude proferre et illustri quadam in iis uberioreque explicatione supersedere consuevit (cf. Dionysius de Lys. jud. cap. 26: *τὰς μὲν οὖν ἰδίας πίςεις, ὡς οὐ πολλῶν ἔτι λόγων δεόμενας οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο: „πρῶτον μὲν οὖν τούτων ἀναβῆτέ μοι μάρτυρες."* [31]) Atque Dionysio calculum adjicio et nego ac pernego eum unquam quasi obliquis ordinibus ita adversarios petere vel ita in eos impressionem facere, ut chirographa, servos testesque, recusasse, neve in quaestionem dare voluisse occultandi caussa argueret. Facit autem omnium maxime Jsaeus de mea quidem sententia ut adhibeat provocationes istas et exceptiones veritatis (*παραγραφὴ* et *πρόκλησις*)

---

rhet. 3, 18, 11 Bkk.; de sophist. elenchis XII *περὶ δὲ ψευδόμενόν τι δεῖξαι καὶ τὸν λόγον. εἰς ἄδοξον ἀγαγεῖν (τοῦτο γὰρ ἦν δεύτερον τῆς σοφιςικῆς προαιρέσεως) πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πυνθανέσθαί πως καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως συμβαίνει μάλιςα.* Vocabula autem *πυνθανέσθαι* et *ἐρωτᾶν* distinguit Gregorius Corinthius ita: (cf. Walz. rhet. Gr. 7, pars II, 1133) *πυνθανέσθαι γάρ ἐςι τὸ κατὰ ἀκοὴν διεξοδικῶς ἀκούειν τὰ ὑπό τινος λεγόμενα, μὴ ἐρωτῶντός τινος. ἐρωτᾶν δὲ τὸ ἐθέλειν τινὰ κεφαλαιώδη λαβεῖν ἀπόφασιν περὶ τοῦ ὑποκειμένου πράγματος.*

31) ex allato loco patet errare Spengelium, disputationem *περὶ ἀτέχνων πίςεων* excidisse opinantem, l. l. pag. 159, 93. — Utamur his quae disputavimus ad vindicandam scripturam in Sophoclis Oedipo Colonensi vss. 1199, immerito in dubium vocatam: *ἔχεις γὰρ οὐ βίαια τἀνθυμήματα.* Quoniam enim duplex est genus argumentorum, quorum alterum quidem in cujusvis hominis natura et sollertia insidet, alterum vero huic contrarium, veluti tormenta, quaestiones, alia, etsi artis expers esse volunt, tamen acumen ac subtilitatem dicentis capit, quippe ex quo orator, dummodo subacto sit ingenio atque argute concludere calleat, hoc vel illud eliciat argumentum ac probationem. Intelligas igitur illa sic: Habes enim in temet ipso argumenta, non quae arte demum vel probabilitatis quadam necessitate tibi compares.

cf. Dionysius de Isaeo judic. cap. 15: *προκλήσεις ἀναγιγνώσκει*, quamqam provocationis illius exemplum legitur etiam apud Antiphontem in nov. § 10. Sed eo iam videtur deducta esse disputatio, ut, modo teneas quae in superioribus de Lysiae arte atque usu monuimus, nihil dubitem quin Caeciliium verum vidisse concedas, haec apud Dionysium de Lys. jud. 15, profitentem: *τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐξεργασίαν αὐτῶν (τῶν ἐνθυμημάτων) ἐνδεεςέραν οὖσαν τοῦ προςήκοντος μὴ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων οἱ κρείττους οἰκονομῆσαι τὰ εὑρεθέντα ἐγένοντο, περὶ ὧν ὕςερον ἐρῶ, τοῦτο τὸ ςοιχεῖον λαμβάνειν.* [32]) Age vero nostrum est deinceps videre de Antiphontis qua infirmandi qua confirmandi caussam via ac ratione, in quo quidem membro utpote prae ceteris longe spatiosissimo probabile est maxime cerni illam virtutem laudemque dicendi (*δεινότητα*) quae praedicatur a Philostrato (de vit sophist. p. 500 ed Olear.) omnibusque artis numeris perfecta esse dicitur (*πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔχειν*). Atque sunt quattuor vel quinque quibus operosa illa, qua uti solet Rhamnusius argumentatio caussaeque probatio videtur maxime censeri. Primum enim eius usus ac consuetudo ita fert, ut, quoniam caussae illam constitutionem (*κατάςασις*), multum collatatam narrationi praemittere solere iam supra explicatum est, omnem confirmationis contentionisque ambitum bifariam dispescere ac dissecare propemodum existimetur. Quo fit, ut Antiphon in numero eorum sit habendus, quibus in deliciis est ars praeparandi curaque distribuendi, quae figurae vulgo appellantur ab harum peritis *προκατασκευαί* atque *μερισμοί*; cf. Dionysius de Isaeo jud. cap. 15 med., de Lysia cap. 15. eamque partite dicendi, apte disponendi, juste praemuniendi diligentiam videtur maxime desiderasse Caecilius Calactinus. Deinde vero Antiphon ita in aciem procedit atque certamen probandi ita sustinet, ut ea, quibus dlurimum tribuit, quo qui audiunt ipsorum pondus ac vim vehementius persentiscant neve semel emissa aures minus arrectas praetervolent, bis terque inculcare ac urgere assoleat argumenta, id quod cum aliis oratoribus commune habet neque Maetznerum offendere debebat; cf. praeter ea quae supra disputavimus Dionysii de Isocrate testimonium (Dionys. de admir. v. d. in Dem. cap. 19, ubi haec leguntur: *τὴν διάνοιαν ὀλίγοις ὀνόμασιν ἐξενεχθῆναι δυναμένην, μακρὰν ποιεῖ κυκλογραφῶν καὶ δὶς ἢ τρὶς τὰ αὐτὰ λέγων* qui quidem Isocrates maxime numerose concluseque sententias ecferendi studio multa denuo inferre coactus est. Verum plurimum hac in re sibi indulsisse videtur Demades orator (cf. Reiskii orat. Att. IV. p. 260). In Lysiae enim orationibus forensibus frùstra talia quaeri iam supra monuimus et, quisquis apud Photium cod CCCLVII. 485, 25 a Lysia abjudicat, rectissimo stetisse judicio persuasum habeo (verba sunt: *ἀλλὰ τὸ μὴ καθ' ἓν διατρίβοντα μηκύνειν τὸν λόγον τῆς τοῦ Λυσίου ἐςὶν ἀκριβείας*) nec Platonis in Phaedro illud ipsum

[32]) Caecilii opinio impugnatur iis quae leguntur apud Photium, p. 489 Bkk. *Καικίλιος δὲ ἁμαρτάνει, εὑρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα εἴπερ ἄλλον τινὰ συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὑρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν· καὶ γὰρ κἂν τούτῳ τῷ μέρει τῆς ἀρετῆς οὐδενὸς δρᾶται φαυλότερος.*

ei exprobrantis animadversionem spectare nisi ad eas quas epideictici generis conscripsit orationes [33]). Sed redeamus in viam. Quid enim? Nonne Antiphon ipse expressis verbis indicat amantissimum sese esse easdem plagas saepe multumque infligere, qui in hanc sententiam disserat de caede Herod. § 46: *καὶ μή μοι ἄχθεσθε, ἄν ὑμᾶς πολλάκις ταὐτὰ διδάξω· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνός ἐστιν — καθ' ὅτι δ' ἄν ὑμεῖς ὀρθῶς γνῶτε, κατὰ τοῦτο σώζομαι, καθ' ὅτι δ'ἄν ὑμεῖς ψευσθῆτε τἀληθοῦς, κατὰ τοῦτο ἀπόλλυμαι* Nec aliter atque professus erat manifestum est fecisse. Unum enim idemque argumentum, quo usus erat in illa oratione § 34, repetit § 46: *μὴ οὖν ἐξέληται τοῦτο ὑμῶν μηδεὶς ὅτι τὸν μηνυτὴν ἀπέκτειναν καὶ διετείναντο αὐτὸν μὴ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς, μηδ' ἐμοὶ ἐγγενέσθαι παρόντι ἄξαι τὸν ἄνδρα καὶ βασανίσαι αὐτόν*, et verbis quidem nonnihil mutatis eadem sententia exit § 47; similiter porro habent quae leguntur § 57: *οὐδὲ γὰρ ἔχθρα οὐδεμία ἦν ἐμοὶ καὶ κἀκείνῳ*, quandoquidem paullo post prorsus eadem subsequuntur. Plura id genus, si quis desiderat, adeat mihi hos locos: de caede Herodis § 81 et 83; de saltat. § 44 et ea quae paullo infra adjecta eodem sensu dicta sunt; cf. etiam cum his § 46, de caede Her. § 13 et § 15, in nov. § 11 et 12, ubi non alia verbositas discendique ambages atque quae deprehenditur in oratione de saltatore; compares denique, si lubet, orat. in nov. § 23 et 24 [34]). Habeo porro aliud quiddam, quod adjungam de Antiphontis probandi usu et arte, quo videtur quam maxime a Lysia dicrepare. Moris enim est illius quidem oratoris negando citius et infirmando quam ajendo vel affirmando caussae suae firmamenta suggerere, nec quidquam videtur antiquius habuisse studiove acriore consectatus esse quam ut victoriam praemuniat et aucupetur testimoniorum, probationumque, quae extrinsecus apta sunt (*πίστεις ἄτεχνοι*) et quibus adversarii maxime confidebant, pondere fideque elevanda ac destruenda, in qua refellendi argumentandique calliditate aemulum habere Isaeum testis est Dionysius de Isaeo jud. cap. 14: *τοιγάρτοι μετὰ τὰς διηγήσεις, τὰς οὕτω ὠνονομημένας, οὐκέτι τὰς προηγουμένας ἀποδείξεις πολλοῖς βεβαιοῦται λόγοις, οὐδ' ἔστιν ὅμοιος τοῖς νέοις τεχνογράφοις, ἀλλὰ τὰς τῶν αντιδίκων πίστεις ἀναιρεῖν οἴεται δεῖν.* In quo quidem Antiphon solet adversarios

33) Etiam Isaeo vindicat Dionysius (de Is. jud. Cap. 15) *τὸ τὰ κεφάλαια ἀνεστράφθαι*, quamquam is quidem me auctore longe rarius rem ita institnit.

34) Haec quae posui de iteratione in meos quosdam usus converterim, ita quidem, ut eorum ope periculum faciam persanandi verba quae leguntur apud Antiphontem in nov. § 3: *καὶ μὴ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφόρῳ μηχανωμένην*, ubi intrudas velim post illa *ἐπ' αὐτοφόρῳ* vocabulum *φαρμάκοις*, quippe quod legatur § 9, quo loco eadem sententia repetitur, quae allata est § 3. Illud *ἐπ' αὐτοφόρῳ* significat aperte, manifesto isque est verborum sensus: Quae non semel est deprehensa quum manifesto parabat marito necem. Cave enim ne audias Lehnerum, qui verba *ἐπ' αὐτοφόρῳ* ante *τὸν θάνατον* collocat, neu assentiare Maetznero, cum participio *ληφθεῖσαν* illa jungenti, qui vir doctus, quos attulit locos similes ad suam orationem firmandam, sunt ad unum omnes dissimillimi. Baiterus et Sauppius male retinent vulgatam.

vafritiae nescio cujus calumniaeque reos agere vel omnem criminationem diluere nec pertinere ad eos, quorum exstitit patronus et vindex, indicare, quod stet per istos ipsos quo minus pro eo ac debeat res decidatur, sive ex hominum locupletum testimoniis, sive quaestionibus de servis habendis, sive denique ex iis omnino rebus afferendis quae ad fidem probabilitatemque faciendam gravissima sint summique momenti (cf. de saltat. § 23—25, in noverc. § 6 *ἐν οἷς μὲν γὰρ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι, παρὰ τῆς βασάνου, οὐκ ἠθέλησεν)*; similiter urget in oratione de caede Herodis § 31 quod servus sibi non constet testisque ab accusatoribus de medio sublatus sit (cf. ibid. § 34—48; 49—51); nec aliter est quod fidem derogat accusatoribus reperta epistola de crimine facinoreque arguentibus; in hoc porro genere habenda sunt quae profert ibid. § 15 (*ἃ δὲ σὺ παρανομεῖς, αὐτὰ ταῦτά μοι μέγιςα τεκμήριά ἐςιν*) et de saltat. § 17 (*ἐγὼ δέ ἐξ αὐτῶν τούτων, ὧν αἰτιῶνται οὗτοι, ἀποφανῶ ὅτι οὐκ ἔνοχός εἰμι*, cf. de caede Herod. § 8. et § 28. Quae cum ita sint, verissime dicitur in hoc genere explanandi atque interpretandi Antiphon aggredi tectius apud Photium cod. 249, *τὰς ἐπιχειρήσεις ἐξ ἀδήλου ποιεῖσθαι*. Non enim exagitanda adversariorum pravitate vel administranda republica vel per totum vitae privatae decursum conspicua, non comparando domesticas virtutes seu merita summa, cum eorum in quos dicit nequitia pesteque damnosissima, quo modo probandi munus saepenumero Lysias, Aeschines maxime in orationibus in Ctesiphontem, Timarchum, Demosthenes quum alias tum maxime in publicis orationibus peragere consuerunt; neque vero nisi perraro adhibendis legibus scriptis, vel caussa vitave ad earum normam examinanda, studet Antiphon se adversarios de gradu dejicere, sed percensenda et traducenda injuria eorum ac callida maleque sedula agendi pravitate, ipsis pestifera, qua suismet sese irretiant laqueis; urgenda denique sinistra quadam celandi occultandique calliditate, posita illa in ipsa caussa seu deferenda seu agenda. Caussam vero ac fontem rei probandae rationisque qualem ascivisse Antiphontem ostendimus, qua pugnat citius iis quae desiderantur, quam iis quae sunt, circumspicientibus nobis videtur repetendus esse ex disciplina institutioneque sophistarum, ipsi aequalium, quos negando potius quam affirmando rerum probabilitatem quandam fidemque aucupatos esse tum Aristoteles in libro de sophistarum elenchis testatur passim tum inter omnes satis superque constat. Nego enim et pernego alma Socratis disciplina rivulisve Socraticis Antiphontis irrigatum esse ingenium et eloquentiam nutritam atque altam. Neque vero aliud non obviam est indicium quo patet luculentissime eum aemulum esse sophistarum et ambabus amplexum eas quae ipsis in deliciis erant argutias callidissimamque quam insistere solebant vel probandi vel edocendi viam ac rationem. Quemadmodum enim moris erat Siculorum aliorumque sophistarum in acerrimo illo nihil non probandi studio ac contentione objiciendis ambiguis quibusdam captiosisque argutiis atque reticendis singularibus quibusdam accuratioribusque rerum condicionibus disserendi subtilitate

quaesita alios ita supplantare eoque angustiae adigere, ut quasi de suo refellendi ansam praeberent armaque, quibus ipsi trucidarentur, ultro porrigerent: non aliter probandi confirmandique partes ita agere Antiphontem videre nobis videmur, ut cogat judices id potissimum sequi quod per sese propius est fidem et secundum eum decernere, cujus caussa a probabilitatis vel levissima specie plus habeat commendationis. *Εἰκότα* autem, quae eum sequi affirmavimus, qualia sint, attinebit cognosere ex descriptione Aristotelis rhet. II, 24. 5 Bkk.) *ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριςικῶν τὸ κατὰ τί καὶ πρὸς τὶ καὶ πῇ οὐ προςτιθέμενα ποιεῖ τὴν συκοφαντίαν, καὶ ἐνταῦθα παρὰ τὸ εἰκὸς εἶναι μὴ ἁπλῶς ἀλλά τι εἰκός· ἔςι δ' ἐκ τούτου τοῦ, τόπου ἡ Κόρακος τέχνη συγκειμένη· ἄν τε γὰρ μὴ ἔνοχος ᾖ τῇ αιτίᾳ, οἷον ἀσθενὴς ὢν αἰκίας φεύγῃ· οὐ γὰρ εἰκός· κἂν ἔνοχος ὤν, οἷον ἂν ἰσχυρὸς ὤν· οὐ γὰρ εἰκός, ὅτι εἰκὸς ἔμελλε δόξειν· φαίνεται μὲν οὖν ἀμφότερα εἰκότα. ἐςι δὲ τὸ μὲν εἰκὸς, τὸ δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥςπερ εἴρηται*, cf. Spengelii syn. techn. p. 31; Plattnerus, Attischer Proceß I. 255.

Nam ut discedam ab eo scriptionum genere, quae tetralogiae appellantur, ubi totus est in ea probabilitate, quam Aristoteles dicit *τὸ ἁπλῶς εἰκός*, in eo maxime illud positum, ut ad universam rerum naturam suspiciones revocet non additis circumstantiis condicionibusve quales in ipsa veritate usuque rebus quae locum habent, adhaerescere solent, ita quidem ut fiat omnium rei adjectarum partium quasi quaedam collectio: ne in iis quidem orationibus, quas ad subveniendum aliorum necessitatibus periculisque conscripsisse constat, deest exemplorum infinita quaedam copia, ubi de locis, personis, temporibus, legibus plane securum ad universi generis quaestionem, unde latus patet conjectandi campus, probationemque traduxisse manifestum est. Jam vero nostrum est afferre exempla, quae hoc in genere splendent atque lucent maxime. Profitetur enim de caede Herodis § 43 sic: *καὶ τὸ εἰκὸς σύμμαχόν μοι*; vide mihi porro quae leguntur in oratione in nov. § 11: *καίτοι εὖ οἶδα γ' εἰ οὗτοι πρὸς ἐμὲ ἐλθόντες, ἐπειδὴ τάχιςα αὐτοῖς ἀπηγγέλθη ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα, ἠθέλησαν τὰ ἀνδράποδα ἃ ἦν αὐτοῖς παραδοῦναι ἐγὼ δὲ μὴ ἠθέλησα παραλαβεῖν, αὐτὰ ἂν ταῦτα μέγιςα τεκμήρια παρείχοντο ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ· νῦν δ' — ἐγὼ γάρ εἰμι τοῦτο, μὲν ὁ θέλων αὐτὸς βασανιςὴς γενέσθαι, τοῦτο δὲ τούτους αὐτοὺς κελεύων βασανίσαι ἀντ' ἐμοῦ — ἐμοὶ δή που εἰκὸς αὐτὰ ταῦτα τεκμήρια εἶναι ὡς εἰσὶν ἔνοχοι τῷ φόνῳ*; deinde vero in orat. de salt. § 31 nihil venditat pro argumento validissimo nisi quod probabilitatis nescio cujus specie ei videtur caussa sua se commendare, quum ita dicit: *καὶ ἔτι πρὸς τούτοις (ἀποφανῶ τεκμήρια) δύο τὼ μεγίςω καὶ ἰσχυροτάτω, τούτους μὲν αὐτούς τε ὑπὸ σφῶν*

35) Tetralogia Antiphontis tertia in eadem re versatur quam Coracem in arte meditatum esse testatur Aristoteles illo loco. Relegas velim quae de illa Antiphontis oratiuncula verissime disputavit Welkerus in dissertatione jam saepius laudata: Ueber den Prodicus von Ceos, quae inserta est museo Rhenano, 558, 157.

ἐξελεγχομένους καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἐμὲ δὲ ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ ἐμαυτοῦ ἀπολυόμενον. [36]) Et de venanda probabilitate profitetur ipse in hanc sententiam de saltat. § 18: ὁπόσα μὲν γὰρ λάθρα πράττεται καὶ ἐπὶ θανάτῳ βουλευθέντα, ὧν μή εἰσι μάρτυρες, ἀνάγκη περὶ τῶν τοιούτων ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων τῶν τε πρὸ τοῦ κατηγόρου καὶ τοῦ ἀποκρινομένου τὴν διάγνωσιν ποιεῖσθαι καὶ θηρεύειν καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα καὶ εἰκάζοντας μᾶλλον ἤ εἰδότας ψηφίζεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων. Amando denique legentes ad hos locos: de salt. § 27, § 17, de caede Herodis § 16, 51, 64. Sed sequitur ut videamus de alio quodam, quod ut non unice ita maxime tamen in confirmatione quae dicitur conspicuum est, dico contentionem in verbis, ut Ciceronis vocem meam faciam, Graecis autem est vel ἔκφρασις vel, id quod tantundem valet, περίφρασις, vel denique ὁρισμός; cf. Rutilius Lupus p. 87, ubi ita ejus vis describitur: Hoc fit quum definimus aliquam rem nostrae caussae ad utilitatem neque tamen contra communem opinionem, idque Rutilius hoc comprobat exemplo: Nam virtutis labor vera voluptatis exercitatio est. Atque quod abunde testatum est de Thucydide atque re et usu comprobatur quum istas circumscriptiones ei vindicant (cf. Marcellini vita Thucyd. p. 36 ed. Göller Spengelii synag. techn. 53—57 Dionysii judic. de Thucyd. cap. 46, rhetores Graeci ed. Walzius 8, 565: ταῖς δὲ περιφράσεσι σπανίως χρῶνται οἱ πολιτικοί. πλεονάζει δὲ ἐν αὐταῖς ὁ Θουκυδίδης. κ. τ. λ.; exempla ex usu Thucydidio sublecta attulit sexcenta fere Goellerus in indice editionis Thucydidis): hoc participare dicendus erit orator Atticus de quo sermo est. Exempla quaerentibus offero haec: de caede Herodis 72, ubi irati hominis mores exornantur, adde § 73, quo loco quae et qualis sit justitia

---

36) Attendas velim ad dicendi opponendique fallaciam, qualem exagitavit Epicharmus Siculus in sophistis hoc versu: τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών. (cf. Demetrius de elocutione § 24, Aristotelis rhet. 3, 9, 128). Quippe sicuti isti saepe orationem ita concinnabant, ut adversaria ponerent aurium voluptatis caussa quae vulgo sumuntur arctius inter sese cohaerere quam nasus cum facie humana atque λέξιν ἀντικειμένην quae dicitur ita venarentur, ut eadem prorsus iisdem opponerent (vide Theophrastum apud Dionysium de Lys. judic. cap. 14, Dionysius de adm. v. d. in Dem. cap. 24: τὰ ψυχρὰ ἀντίθετα), non aliter Antiphontem maximeque in oratione de saltatore in verbis opponendis nescio quod frigus passim colligere observasse mihi videor. Quis enim est quin videat inepti quiddam effutisse quum inde maxime innocentiam manifestum esse vult, si Dis placet, quod ipse sese innocentem dicit. Nonne qui ita argumentatur recte dicitur in orbem circumvolvi et in demonstrando, ut ajunt, circulo uti. Sed de his similibusque in altera parte exponam accuratius. Subit autem mirari quo tandem pacto ista Antiphontis similia eademque opponendi consuetudo effugere potuerit Maetznerum, increpantem Reiskium, qui in orat. de caede Her. § 87 ante ξυνειδώς intrudat voculam οὐ, quo scilicet effici ut alterum membrum ab alterius sententia nihil fere differat. Me quidem auctore via ac ratio Reiskii illa emendandi est verissima, quamquam emendatio ipsa falsissima erit dicenda. Sed Demetrii testimonium (de elocut. § 53) me movet ut Antiphontem in isto contraria contrariis referendi studio mediocritatis cujusdam rationem habuisse apud animum statuam.

eodem modo exponitur; cf. tetral. 3, 3, 4 et de caede Her. § 5: *οὐ γὰρ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτάνοντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι· τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐςι, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης;* vide, sis, denique de saltat. § 3 et 4, in nov. 28—29, ibidem 23. fine, de caede Her. 65. Habeo autem persuassimum non errare si quis hac quidem in re Antiphontem dicat Prodici Cei asseclam fuisse. Nam quae laudatur a Marcellino l. l. 36 *Προδίκου τοῦ Κείου* [37]) *ἡ ἐν ὀνόμασιν ἀκριβολογία*, videtur cerni in illis ipsis rerum verborumque descriptionibus atque in etymis singulorum rimandis vique ac potestate discernenda [38]), qua arte insignem fuisse et primum viam munivisse multis locis testantur Plato et Aristoteles; cf. Spengelius l. l. 46, Stalbaumius ad Plat. conviv. p. 27. Cohaeret vero cum isto de quo paullo ante exposui studio atque ardore quodam maxime probabilia quaeque venandi et odorandi acerbitas quaedam dicendi qualem laudat in Demosthene Plutarchus in ejus vita cap. 7: *οἱ μὲν οὖν γεγραμμένοι τῶν λόγων ὅτι τὸ αὐςηρὸν καὶ πικρὸν μόνον ἔχουσι, τί ἂν λέγοι τις*, ut crebras acutasque sententias et nescio unde ex abdito erutas et oratorios forensesque quosdam aculeos, qui vocantur a Cicerone, Antiphontem inspergere saepenumero videamus, inque eo genere habeo hos locos: in novercam: § 5, § 6, § 8, § 19, § 26, de caede Herodis § 13, § 15, § 26—29, 34, 43, 50, 50, 57, 64—68, de salt. § 18, 29, tetral. I, 3. 9, ne nubem exemplorum afferam. Sed de his explicabitur accuratius ubi dedita opera aliquando, quod otium Deus faxit, de verborum vinciendorum Antiphontis arte et ratione quaerere instituero. Atque quod jure nostro nobis sumsisse videmur et in describendis exordiis probationibus-

---

37) Quanta fuerit in animos juvenum formandos vi et efficacia tum ex multis Platonis dialogis, Menone, Cratylo, Lachete, Protagora, aliis, cognoscitur tum ex Aristophanis Tagenistis fragm. 6 apud. Bergkium 335 de reliq. comoed. Att. antiquae: *τὸν ἄνδρα τόνδ' ἢ βίβλιον διέφθορεν. — Ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολεσχῶν γέ τις.* Cf. Aristophanis Nubb. 360; Aves 690. et inprimis Welkerum in dissertatione aliquoties laudata. Thucydides vero haec et talia Prodicone an Antiphonti debuerit nondum decerno.

38) Neque vero Welkerus in Museo Rhenano p. 670 dubitare debebat numne Antiphon in vocabulis discriminandis operam collocasset, quum ita dicit: Auch der große Lehrer des Thucydides, Antiphon der Rhamnusier, ist wohl auf die von Prodicus angeregte Unterscheidung der Wörter eingegangen; einige Bruchstücke von ihm scheinen es zu beweisen, so wie das was er nach Cicero den Gemeinplätzen des Gorgias Aehnliches schrieb (haec extrema Welkeri verba videntur spectare ad Ciceronis Brutum cap. 12, sed quid sibi velint non exputo). Assentior Spengelio verissime contra Astium disputanti. l. l. 47.

39) Multa autem synonyma cumulavit saepe Antiphon. Cf. in nov. 20, *εὐθέως παράχρημα*, ibid. § 3. *ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ προβουλῆς* (ubi mire habicinatur Maetznerus); *ἑκουσίως, ἐκ προνοίας*, cf. Beckeri anecdot. I, 353 *ἀθέμιτα καὶ ἀνόσια*, quae ex Antiphonte petita esse vidit Kayserus (vide prolusionem scholasticam Saganae 1845); cf. in nov. § 21 et 22, tetral. 3, 3, 6, in nov. 27, tetral. 2, 3, 10, de saltat. § 19, tetral. 3, 3, 4; de caede Herodis 68, tetral. 2, 2, 6; adde Ammonium s. v. *σημεῖον* ubi haec leguntur: *σημεῖον καὶ τεκμήριον διαφέρει. Ἀντιφῶν ἐν τῇ τέχνῃ. Τὰ παρῳχημένα σημείοις πιςοῦσθαι, τὰ δὲ μέλλοντα τεκμηρίοις.*

que Antiphonteis ostendimus consuesse multa generatim dicere Antiphontem et quod abstinet enumerationibus, comparationibus acerbis, exaggerationibus, ne multa, ea maxime adsciscere solet firmamenta argumentaque quae rem demonstrant docendo hominum mentes citius, quam quae ad obscuriores quosdam animorum sensus motusve vehementiores apta sunt: continuo inde sequitur et propemodum necesse est, id quod verissime affirmat Caecilius apud Photium cod. 259, vss. 15 Bkk.: *ὁ μέντοι Σικελιώτης Καικίλιος μὴ κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς κατὰ διάνοιαν σχήμασιν*, quamquam quod idem rhetor addit sese corrigens esse tamen ubi usu veniant apud Antiphontem ellipses quasdam, seu praeteritiones et interrogationes, haec duo, modo eas intelligas interrogationes rhetoricas quales supra descripsimus, in iis quae nobis sunt servata monumentis equidem non repperi. — Jam vero de instituto nostro videndum nobis erit de extrema orationis parte et quales esse videantur Lysias atque Antiphon ad epilogorum usum formamque indicandum. Quodsi ea quae Aristoteles aliique observarunt in hoc genere cum Lysiae atque Antiphontis usu contenderis, mancos et imperfectos dicendos esse hoc quidem nomine confitebere.[40]) Leguntur enim apud Aristotelem in rhet. 3, 19 init. haec: *ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι καὶ ἐξ ἀναμνήσεως*, eandemque fere doctrinam exhibet Cicero in altero libro de oratore, ex Aristotele sine dubio haustam, et quattuor maxime, sicut Aristoteles, vult contineri extrema illa oratione, ita quidem ut orator sua confirmet, adversaria deprimat, audientes inflammet atque conturbet, memoriam reficiat urgendo et repetendo, denique frequentem esse oportere dicentem ad istos animorum motus et incendia excitanda in sententiarum figuris, ut ajunt, et comparare, irridere, interrogare, amplificare; vide Aristotelem l. l. 3, 13, 20, *σχόλια εἰς φάσεις Ἑρμογένους* 4, 428, 12 apud Walzium in rhet. gr. (*ὁ δὲ ἐπίλογος τοὐναντίον κεκινῆσθαι τοῖς σχήμασιν ὀφείλει καὶ πολλὰς μὲν ἐκβοήσεις ἔχειν, πολλοὺς δὲ σχετλιασμούς*). Haec et alia id genus frustra quaeras et apud Lysiam et apud Antiphontem. Atque de Lysia quidem verissima sunt quae disputat Dionysius de adm. vi dicendi in Demosthene cap. 13: *ἐν δὲ δὴ τοῖς παθητικοῖς εἰς τέλος ἀποσβέννυται* et de Lys. jud. cap. 19: *περὶ δέ τὰ πάθη μαλακώτερός ἐστι καὶ οὔτε αὐξήσεις, οὔτε δεινώσεις, οὔτε οἴκτους οὔτ' ὅσα τούτοις παραπλήσια, νεανικῶς πάνυ καὶ ἐῤῥωμένως κατασκευάσαι δυνατός· οὐ δεῖ δὴ ταῦτα ἐπιζητεῖν παρὰ Λυσίου κἂν τοῖς ἐπιλόγοις δὲ τὸ μὲν ἀνακεφαλαιωτικὸν τῶν ῥηθέντων μέρος μετρίως τε καὶ χαριέντως ἀπαριθμεῖ, τὸ δὲ παθητικὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ παράκλησίς τε καὶ ἔλεος καὶ δέησις καὶ*

---

[40]) Neque vero videtur exstitisse ante Andocidem qui epilogos limaverit et perpoliverit, quandoquidem is maximopere in iis videtur elaborasse, adeo ut fuerit qui perorationem orationis de mysteriis omnibus Demosthenicis longe anteferendam esse statueret. Cf. Reiskii orat. Att. 4, 552 sqq.

τὰ τούτοις ἀδελφὰ ἕνεςι, τοῦ προςήκοντος ἐνδεεςέρως ἀποδίδωσι.[41]) Verum enim vero Lysias non admirationes, clamores, plausus, lamentationes, comminserationes movet in ipso orationum exitu nec alias id genus exacerbandi et judices inflammandi machinas adsciscit, amatque breviter repetitis prioribus, quae maxime rem caussamque continere videantur, vela colligere atque subsistere, cf. de caede Eratosthenis § 44 et § 4, adv. Simon. § 46, defensio crim. de vuln. praemed. § 19, alia. Neque vero Antiphon illa lumina habet, ubi scopum collineat, ut fere omnia omnino dicendi sententiarumque ornamenta declinantur ab iis scriptoribus qui sequuntur austerum genus orationis, cf. Dionysii de adm. v. d. in Demosthene cap. 39: καὶ τὸ τοὺς σχηματισμοὺς τῶν ἐννοιῶν γενναίους εἶναι καὶ ἀξιωματικοὺς, οὐ μόνον τοὺς κατὰ τὰς νοήσεις ἀλλά καὶ κατ' αὐτὴν λέξιν συνιςαμένους, et hoc quidem nomine similior Lysiae quam dissimilior erit habendus. Quod cum ita sit, tamen eo inter se differunt, quod Antiphon quidem non revertitur ad priorem orationem, nec in perorando de integro infert, quae iam antehac in medium protulerat. In hunc autem modum rem instituit, ne, quod in ipsa confirmatione multa saepe iterare ac recoquere iam supra monitum est, nimis frequenti ad superiora reditu et usquequaque eandem quasi incudem tundendo, ut ajunt, audientibus molestus esset vel taedium et nauseam crearet. Cogitanti autem mihi quae et qualia tradiderit Antiphon in commentatione de epilogis conscriptam, cujus titulum servavit Suidas s. v. μοχθηρός [42]), in eo potissimum videntur posita fuisse ut misericordiam judicum audientiumque movendam esse oratori quamvis placida sedataque oratione edoceret, atque omnem in flectendo et perorando vehementiam impetumque defugienda esse. Neque vero videtur absonum si quis Antiphontem illa scriptione de commiseratione excitanda, in qua Thrasymachum aequalem ejus operam studiumque collocasse constat, et ipsum praecepisse existimaverit, quoniam, ut scite Meyerus monuit de oratione quae est de caede Herodis; „der Schluß dieser Rede ist pathetisch", cf. encyclopaedia Halensis s. v. Antiphon, id omnino videtur maximopere egisse, ut in clausula orationis homines eorum, quorum suscepit patrocinium, misereret condicionis luctuosissimae. Etenim et orationi in novercam habitae ita finem imponit, ut judices

---

41) Illa Dionysii de Lysia commentatio mihi videtur omnium accuratissima et verissima esse, ut comparans cum iis quas de aliis scriptoribus tulit sententias, ubi saepe falsa veris immiscuit, animus eo fere inclinet, ut ab amico ejus Caecilio, qui de Lysia dedita opera scripsit nec parvo fuit acumine et sagacitate, re et consilio adjutum esse statuam.

42) quod Plato in Phaedro (pag. 82) docet τῶν γε οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φάινεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾳδων κηλεῖν, ὡς ἔφη, διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσαθαι διαβολὰς ὁθενδὴ κράτιςος, τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων κοινῇ πᾶσιν ἔοικε συνδεδογμένον εἶναι ᾧ τινες μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα, videtur maxime quadrare in extremam orationis partem, quam ob rem vide ne Thrasymachum, Antiphonti aetute et studiis supparem aemulumque, in libro qui inscribebatur ἔλεοι, de forma usuque epiligorum praecepisse quam maxime veri simile sit ad statuendum.

oret rogetque misero sibi opitulentur teneraque aetate atque fortiter vindicent istorum impietatem, sese quo minus patris moribundi voluntatem mandataque exsequatur vaferrime impedientium, et vero alias, ubi ad extrema ventum est, id studet maxime, ut de sorte acerbissima qua sibi conflictandum sit, audientes admoneat ac commiseratione, cur sit dignissimus, ipsos condocefaciat; vide mihi hos maxime locos: tetral. I., 2, 13; 2, 2, 11; 2, 3, 12; 2, 4, 10; de caede Herodis § 85.[43]) Adjungam de Plattneri sententia in libro qui inscribitur: Der Proceß und die Klagen proposita, ubi ita disserit (tom. I. pag. 10.): Es zeigt sich ein Bestreben bei den Rednern die richterliche Beurtheilung dadurch von dem Rechtsstreit abzulenken, daß die Tugenden und Verdienste des Sprechenden lobpreisend erhoben, die Sittlichkeit und politische Wirksamkeit des Gegners dagegen verdächtigt oder gradezu verunglimpft wird. Diese Ausstellungen und Anpreisungen werden meistentheils bis an den Schluß der Rede verspart, oder doch hier wiederholt und durch gehörige Zusammenstellung verstärkt. Debebat Plattnerus cautius dicere et inter singulos oratores accuratius discernere. Ut enim haec in Lysiam quidem quadrant, qui utique solet monere, homines pro quibus vel in quos dicit, quam aut male aut bene de civitate meruerint et in describendo omni vitae genere probitateque immorari (cf. defensio crim. de vuln. praemedit. § 19, in Andocidem § 45—49, de trunco oleae sacrae exciso, in Theomnestum § 28, in Eratosth. § 88, in Agorat. § 91—92), ita apud Antiphontem non modo in epilogis sed ne in omni quidem orationis decursu talia inventurum esse quovis pignore contendam, cujus est seu implorata seu laudata judicum religione ac fide eosque obtestatus, ut in sententiis ferendis pie servarent jusjurandum legumque divinitus latarum auctoritatem, potestatem, sanctitatem fortiter defenderent, neve deorum immortalium, si secus statueretur, iram invidiamque excitarent, finem dicendo imponere cursumque orationis inhibere, cf. de caede Herod. § 96, de salt. 51, tetral. I, 1. 9, 1. 3. 11, 1. 4. 12, 2. 1. 2, 2. 2. 10—11, 2. 3. 12, 2. 4. 10, 3. 1. 7, 3. 2. 9, 3. 3. 7, 3. 4. 11, in nov. 31. Sed quod testatur Aristoteles in rhetorica lib. 3. 19. 150 Bkk. verba non juncta nec conjunctionum quae appellantur ope inter se nexa constrictaque optime convenire in extremas orationum partes (*τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ" εἴρηκα, ακηκόατε, ἔχετε, κρίνατε*), Demosthenes sane est multus in asyndetis (cf. Longinus de sublimi cap. 20); Antiphontem vero nunquam usquam adscivisse talia, si tanti est, facile re et usu praestaturus esse mihi videor, ut jam supra docui eum ab luminibus figurisque sententiarum, ad subobscuriores quosdam animorum sensus excitandos maxime comparatis, cavere eamque habet rerum explicationem ac simplicitatem, quam ipsa natura fert et consuetudo ab omni arte aliena. Testis est verissimus Caecilius apud Photium 485, 16 Bkk.: *ὁ μέντοι Σικελιώτης Καικίλιος*

---

[43]) Errat Maetznerus qui in editione Antiphontis p. 247 orationem de saltatore epilogo orbatam esse conjicit. Ipsa enim judicum compellatio, quippe quae apud Antiphontem non usu veniat nisi in exordiis et epilogis, virum doctum halucinari documento est.

μὴ· κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς κατὰ διάνοιαν σχήμασιν, ἀλλὰ κατευθὺ αὐτῷ καὶ ἁπλάςους τὰς νοήσεις ἐκφέρεσθαι, τροπὴν δὲ ἐκ τοῦ πανούργου καὶ ἐνάλλαξιν οὔτε ζητῆσαι τὸν ἄνδρα οὔτε χρήσασθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν δὴ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φυσικῆς αὐτῶν, ἀκολουθίας ἄγειν τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὸ βούλημα. [44]) Sunt vero tria quibus maxime videtur censeri omnis ipsius vis oratoria atque laus; sublimis enim est in probando, modicus in delectando, in flectendo non vehemens. Sed ut ad rerum sententiarumque elocutionem nihil est Antiphonte simplicius et expeditius, ita quidem, ut elegerit verba propria, significantia, quamvis novorum et factorum insolentiam, translatorum gravitatem suavitatemque, priscorum ac obsoletorum obscuritatem, compositorum granditatem dedita opera quaesivisse sit dicendus, quae quidem naturalis simplicitas et dicendi infantia ex eo quoque apparet, quod nunquam muta quaedam loquentia inducit, nihil simile in comparationem adhibet, epithetorum ornantium usum prorsus fugit atque in eum quadrant apprime quae Hermias p. 192 ed. Astius de Protagora testatur (διὰ γὰρ τῶν κυρίων ὀνομάτων μετήρχετο ὁ Προταγόρας τὸν λόγον καὶ οὐ διὰ παραβολῶν καὶ ἐπιθετῶν) [45 et 46]): tamen dedita opera verborum lumina figurasque sectatum esse pervolutantem ejus monumenta largiturum esse spondeo. Neque enim aliter atque Thucydides in orationibus [47]) operi historico insertis id

---

44) Licet quidem de Antiphonte idem affirmare atque legimus apud Plutarchum in vita X. oratorum de Andocide: ἐςὶ δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις ἀφελείας τε φίλος καὶ τῷ ἀσχηματίςῳ σχηματιζόμενος.

45) multa ei debere Antiphontem, quem ejus amicum fuisse testatum est, jure meo sumere mihi videor. Nam quae erat Protagorae in poetis explicandis assiduitas (cf. praeter Platonis Protagoram Classenius de primordiis grammaticae Graecae pag. 16 sqq., Bergkii reliquiae comoediae Atticae p. 100 sqq.), ne Antiphontem quidem ab studiis poetarum alienum fuisse fortasse auctore et magistro Protagora ob crebrum vocabulorum poeticorum usum (vide Philostratum p. 500 σεμνή τε ἡ ἀπαγγελία καὶ ἐπηνθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι) conjectura ducor ad suspicandum. Quid quod Antiphon, sicuti Protagoram primum studia grammatica instituisse in confesso est (cf. Classenius l. l. p. 29, Suidas s. v. Protagoras, Diogenes Laertius 9, 53, Quinctilianus 3, 4, 10, Schwalbius Beitrag zur historischen Entwicklung von den Temporibus und Modis des griechischen Verbums p. 52) et ipse videtur, quippe quem vocabula synonyma similisque significationis artificiosius distinxisse ex Suidae testimonio patet jam supra allato, in arte, quam conscripsit, ad id genus literarum descendisse.

46) Hermiam illo loco Gorgiae et Protagorae dicendi genus et consuetudinem opponere verisimile est. In Gorgia enim, ejusque discipulis Alcidamante, Agathone aliis reprehenditur saepius a veteribus adjectivorum ornantium festivitas verborumque immutatio seu τροπικὴ λέξις, cf. Aristotelis rhet. 3, 3 p. 117 sqq., Timaeus apud Dionysium de Lys. judic. cap. 3, ubi verissime Dionysius fidem derogat Timaeo etiam Thucydidem talia esse in orationibus aucupatum affirmans quidquid contra dicit Spengeluis in synag. techn. p. 67.

47) Ad orationes solas Thucydidis haec ornamenta Gorgiana restringere debebat Weilius in diurnis Zimmermanni 1838 fasc. 9 p. 882. Attamen Antiphon temperavit multum a sophistarum consuetudine splendida habetque maximam partem succum et sanguinem, in quo naturalis inest, non fucatus nitor.

elaborasse judicandus est, ut verba sint quasi verbis demensa et paria sibi respondeant, ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria paribus, ut similiter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum, quamquam longe elegantius uti solet istis orationis laevigandae dolandaeque adminiculis et plusculum judicii rationisque adhibet sophistis istis, Gorgia, Polo, aliis, quos constat ista lenocinia tam enixe consectatos immodiceque venatos esse, ut effusissimo studio orationi versiculorum simillimae modum numerumque conciliandi omnis prope vis atque vigor non raro penitus delumbaretur planeque pessum iret. Nihilo secius tamen dico eum id studere, similiter atque qui cum ipso fuerunt, ut numerum quendam concentumque faceret (cf. Caecilius apud Photium l. l. *οἱ γὰρ πάλαι ῥήτορες ἱκανὸν αὐτοῖς ἐνόμιζον εὑρεῖν τε τὰ ἐνθυμήματα καὶ τῇ φράσει περιττῶς ἀπαγγεῖλαι. ἐσπούδαζον γὰρ ὅλον περί τε τὴν λέξιν καὶ τὸν ταύτης κόσμον, πρῶτον μὲν ὅπως εἴη σημαντικὴ καὶ εὐπρεπής, εἶτα καὶ ἐναρμόνιος ἡ τούτων σύνθεσις*) et Ciceroniana illa, orator. 234: „in Thucydide orbem orationis modo desidero, ornamenta comparent", optime quadrant etiam in Antiphontem. Is enim multum differt et ab iis pedestris orationis scriptoribus, quorum genus dicendi gnaviter comparatur a Demetrio de elocutione cum lapidibus dispersis necdum inter sese compagibus coagmentatis, — vocari solet id dissolutum (*διαλελυμένον*) — eorumque est maxime historicorum scriptorum, qui vel eadem erant aetate vel non multo ante, et vero ab Jsocrate quique ei aemulantur, qui ea demum circumscriptione utuntur et ambitu, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Quem quidem orbem ambitumque perfectum ne posse quidem Antiphonti vindicari sat multa sunt documento. Nam et saepe dicit incisim membratimque, et multa maximeque sententias secundarias, quarum est ea quae rem caussamque habent explicare ac definire accuratius, comprehensionibus more Thucydidio intercalat et *διά μέσου*, ut ajunt, interponit, spiritusque ille quem volunt esse in clausulis comprehensionum non invenitur, nec infersit, ut Jsocrates saepe facit, minus necessaria quasi rimarum numerorumque complendorum caussa, unde Jsocratis oratio dicitur resupina ac effusa a Dionysio de Jsocrate judicium cap. 2, et vero, non aliter atque Thucydidem factitare satis constat, magnam adsciscit modorum temporumque, quae appellantur a grammaticis, inaequalitatem atque inconstantiam [48]), quae ab Jsocrate quidem aliisque circumscripte dicentibus orationis laevigandae dolandaeque ergo solet quam maxime declinari; ne multa, comparet in Antiphontis orationibus nonnulla structura et quaedam ad numerum conclusio, orbis artificiosior et justa continuationum forma non item, estque oratio saepe horridior ac strigosior quam quae composita aptave merito dicatur; denique longe plurima in membra,

48) Fecit Antiphon ex Theophrasti sententia apud Ciceronem de oratore 3, 48 proposita „Namque ego assentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non adstricte sed remissius numerosam esse oportere." Cf. Ciceronis orator. 62, 209.

quae Graeci κῶλα vocant, dispertit. Quare noli apud Antiphontem quaerere eum verborum circuitum, ubi sit eorum quibus protasis conficitur et quibus apodosis continetur, apta quaedam et aequabilis distributio, ubi illustrior evadat ac manifestior sensus consummatio membris verbisque, quae aliorum illustrandorum gratia solent adjici, omni compagi ligamentoque diligentius illigendis, ut is qui audit legitve nondum absoluta tota verborum complexione, antequam ad extrema ventum est, divinet atque praesagiat ultro quem sit exitum habitura omnis verborum continuatio auresque et exspectatio nunquam usquam defraudari videantur. Verum enim vero potest ex Thucydidis et Antiphontis orationibus maxime cognosci quod dicendi genus viguerit ea aetate quae fuit ante Lysiam [49]).

Illam quidem aetatem Cicero satis vere ita descripsit quum dicit in Bruto 7. 29: Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione [50]) rerum breves et ob eam caussam interdum subobscuri [51]). Neque tamen Antiphontem, qui id videatur egisse consectatusque esse ut non raro aliquid superesset citius quam ut ne quid deesset, (cf. Philostratus de vit. sophist. p. 500: *σεμνή τε ἡ ἀπαγγελία καὶ ἐπηνθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἀποτάδην ἑρμηνευόμενα, παραπλήσια τῶν πεδίων τοῖς λείοις.*), in numero eorum habeas quos subobscure dixisse Cicero testatur.

Sed haec accuratius persequi nunc quidem non nostri est instituti et ubi die satis maturuerint quae de omni Antiphontis dicendi genere meditata ac provisa habeo, explicatius de iis disputabo eamque compositionis quam sequuntur Antiphon atque Thucydides, quantum in me situm est, dedita opera describam, ad quae studia recolenda otium viresque illibatas ac virides suppeditet Deum Optimum Maximum comprecatus vela jam colligo atque subsisto. Videor autem mihi ita descripsisse Lysiae atque Antiphontis in disponendis et inveniendis laudem, ut, quamvis multam palaestram habere appareat, tamen non omnibus virtutibus oratoriis insignes esse multisque nominibus cedere fascesque submittere Demostheni in aprico sit; denique in Antiphonte, licet non omnia satis ad veritatem adducta sint, certe aliquam Suadae medullam inesse, ut Ennii verba mea faciam, confitebere, opinor.

---

49) Non dubito quin verba quae leguntur apud Dionysium de Lys. judii cap. 2 corrupta sint et Dionysius aut scripsit aut scribere debebat *Ἀντιφῶν* ubi *Πλάτων* legitur (verba sunt haec: *κάθαρός ἐςι (Λυσίας) καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριςος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης· ὡς ἔςι τεκμήρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου καὶ ἄλλοις συχνοῖς.*

50) Recte defendit Ellendtius vulgatam scripturam, neque admittenda est Gesneri conjectura comprehensionemque rerum legendum esse opinantis. Illa enim compressio rerum intelligenda est de Thucydidis brevitate dicendi, quam dicit Dionysius in judicio Thucydidis *τὸ τάχος τῆς σημασίας.*

51) Quod omnibus graecis dedidisse vult. Horatius, ut ore rotundo loquerentur, id cave tribuas iis qui ante Jsocratem fuere.

Jahresbericht
von Michaelis 1846 bis Michaelis 1847.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

1. Statistische Verhältnisse der Gelehrtenschule.

A. Lehrer der Anstalt.

1. Dr. Hermann Koester, Rector.
2. Dr. Georg C. Th. Francke, Conrector.
3. Dr. Michael Dittmann, Subrector.
4. Dr. Christian Jessen, Collaborator.
5. Dr. Peter G. Ottsen, Adjunct.
6. Conrad Fr. H. Kühlbrandt, außerordentlicher Lehrer.

B. Allgemeiner Lehrplan.

Lehrfächer.	Classen und Stunden.				
	Ima.	IIda.	IIItia.	IVta. a.	IVta. b.
Lateinisch	8.	8.	7.	7.	7.
Griechisch	6.	6.	4.	3.	—
Deutsch	2.	2.	2.	2.	3.
Französisch	1.	2.	2.	2.	—
Englisch	2.	2.	2.	—	—
Dänisch	1.	1.	2.	2.	2.
Religion	2.	2.	2.	2.	2.
Geschichte und Geographie	2.	2.	4.	4.	4.
Mathematik	4.	3.	3.	3.	6.
Naturkunde	(1)	1.	1.	1.	1.
Schreiben	—	—	2.	2.	2.
Zeichnen	—	—	2.	2.	2.
Singen	2.	2.	2.	2.	2.
Gymnastik	2.	2.	2.	2.	2.
Hebräisch für die künftigen Theologen	2.	2.	—	—	—

C. Zahl der Schüler.

	Ima.	IIda.	IIItia.	IVta.a.	IVta.b.	Summa.
Michaelis 1846	8.	10.	22.	16.	12.	68.
Ostern 1847	7.*)	14.	19.	16.	10.	66.

D. Abiturienten mit dem Zeugnisse der Reife.

In Folge eines durch eine längere Reise des Unterzeichneten veranlaßten Irrthums sind zwei ihren Lehrern sehr werthe Schüler, welche Michaelis 1845 die Anstalt nach wohl bestandenem Abiturientenexamen verlassen haben, noch in unsern Programmen nicht öffentlich genannt worden, was ich hiedurch nachzuholen nicht verfehle.

Michaelis 1845.

Name.	Character.
Eduard Reeder aus Stedesand.	Erhielt den 2ten Caracter mit sehr rühmlicher Auszeichnung.
Carl August Thomsen aus Bergenhusen.	Erhielt den 2ten Character.

Michaelis 1846.

Carl Friedrich Andreas Ahlmann aus Ladelund. Julius August Michael Mumsen aus Nord-Hackstedt.	Erhielten den 2ten Character mit Auszeichnung.

Ostern 1847.

Peter Wilhelm Rosendahl aus Flensburg.	Erhielt den 2ten Character mit rühmlicher Auszeichnung.

*) Von diesen verließ zu Ostern ohne die gesetzliche Anzeige E. J. G. Burmeister aus Wandsbeck die Anstalt.

2. Uebersicht der im letzten Jahre absolvirten Pensa.

Prima.

Lateinisch: 8 Stunden, davon 2 Stunden Exercitien und Extemporalien nach Deutschen Originalschriftstellern, 2 St. Cicero de natura deorum II. und de oratore I. 40., 2 St. Horat. epistolæ Rect., 2 St. Livius I. Conr. Griechisch: 6 St., davon 1 St. Grammatik, Exercitien und Extemporalien, 3 St. ausgewählte Stücke aus dem Herodot und Thukydides. Rect., 2 St. Sophocles Electra und Oedipus Col. bis v. 1000. Coll. Deutsch: 2 St. Aufsätze, alle 3 oder 4 Wochen, freie Vorträge. Einiges aus der deutschen Literaturgeschichte, von der Ausbildung des deutschen Epos bis in die Zeiten der Schlesischen Dichterschulen. Coll. Französisch: 1 St. Ahns Handbuch der franz. Sprache und Literatur. Rect. Englisch: 2 St. Nach kurzen grammatischen Cursen The merchant of Venice und Hamlet by Shakespeare. Rect. Seit Ostern Dänisch: 1 St. Ingemann. Conr. Religion: 2 St. Lehre von Welt, Menschen, Engeln, Sünde, Gesetz bis zur Erlösung. 1 St. Römerbrief beendet, Evangelium Johannis Einleitung und erstes Capitel. 1 St. Conr. Geschichte: 2 St. Die alte Geschichte im Allgemeinen in kürzeren Uebersichten, mit besonderer Berücksichtigung der politischen Entwickelung der Staaten. Coll. Mathematik: 4 St. Nach Grunerts Lehrbuch die allgemeine Arithmetik und zwar die Combinationslehre, das Binomialtheorem, die Methode der unbestimmten Coefficienten, die allgemeine Theorie der Potenzen und Wurzeln, die arithmetischen und geometrischen Reihen, die Logarithmen und Kettenbrüche. Sodann die Algebra, Gleichungen der drei ersten Grade nebst den unbestimmten oder Diophantischen Aufgaben des ersten Grades. Außerdem wurden wöchentlich schriftliche Arbeiten von den Schülern eingeliefert. Subr. Hebräisch: 2 St. Grammatik, Psalm. 35 — 46., 1. Sam. 8. — 14. Conr.

Secunda.

Lateinisch: 8 St., davon 1 St. Grammatik, 2 St. Exercitien und Extemporalien, 3 St. Ciceronis in Catil. II. 8. bis Ende, III. IV. Dann pro Roscio Am. bis cap. 15. Conr. 2 St. Virgil. Bucol. V. VII., Georg. II. 136. — 176. und Aen. I. 441 — III. 290. Es wurden dabei metrische Uebungen angestellt, und von einzelnen Stellen eine schriftliche Uebersetzung eingeliefert. Subr. Griechisch: 6 St., davon 4 St. Grammatik nach Rost, Exercitien und Extemporalien und Xenoph. memor. I. 2. 50. — II. 1. 40. Rect. 2 St. Homer. Od., im Wintersem. X. XII. XIII. — 370. Coll., im Sommersem. Od. XIV. und XVI. in der Classe, XV. privatim, Grammatik des epischen Dialects. Adj. Deutsch: 2 St. Aufsätze alle 14 Tage. Freie Vorträge. Schillers Wallenstein und Goethes Hermann und Dorothea, theils in der Classe, theils durch Aufsätze erläutert. Einzelnes aus der Grammatik, namentlich von der Satzbildung. Coll. Französisch: 2 St. Gram-

matik und Exercitien nach Hirzel, Barthelemy voyage etc. Rect. Englisch: 2 St. Grammatik und Exercitien nach Knorr, gelesen und retrovertirt the tales of an old grandfather by Walter Scott. p. 1 — 78. Adj. Dänisch: 1 St. Ingemann. Conr. Religion: Die ganze Heilslehre nach Luthers Catechismus, dann ausführlicher von Glauben, Liebe, Sünde, Gesetz und den ersten Geboten nach memorirten Bibelworten. Conr. Geschichte: 2 St. Römische Geschichte, dann Geschichte der orientalischen Reiche. Coll. Mathematik: 3 St. Die beiden ersten Abtheilungen aus Grunerts Lehrbuch für die mittleren Classen, erklärt und eingeübt, auch wurden wöchentlich mathematische Aufgaben aus Meier Hirsch gerechnet und eingeliefert. Subr. Physik: 1 St. nach Brettners Lehrbuch, die Lehre von den luftförmigen Körpern, vom Barometer, Thermometer, von den Wasserpumpen, vom Heber, von der Compressionspumpe, vom Heronsballe, von den Feuerspritzen, von der Luftpumpe und den Luftballons 2c. Subr. Hebräisch: 2 St. Grammatische Uebungen und die ersten Capitel der Genesis. Conr.

Tertia.

Lateinisch: 7 St., davon 2 St. Exercitia, Extemporalia und Grammatik nach Zumpt, 3 St. Caesar de bello G. III. IV. V. 25., Nepos Aristides — Alcibiades gelesen, schriftlich übersetzt und zum Theil retrovertirt, 2 St. Ovid. metam. ausgewählte Stücke aus lib. I., II. u. III. Subr. Griechisch: 4 St. Grammatik nach Rost, regelmäßige und die gewöhnlichsten unregelmäßigen Formen, Exercitia nach Rost und Wüstemann, Jacobs Lesebuch 117 — 206. mit Ausschluß der mythologischen Gespräche. Adj. Deutsch: 2 St. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit, gewöhnlich kleine Beschreibungen, Declamationsübungen. Adj. Französisch: 2 St. Grammatik und wöchentliche Exercitien nach Hirzel, Charles douze par Voltaire Buch I. zur Hälfte und Buch II. Adj. Englisch: (2 St. für die vom Griechischen dispensirten Schüler) wöchentlich Exercitien nach van den Berg's Grammatik, Robinson Ready by capt. Marryat von Cap. 30 — 48. Hülfsl. Dänisch: 2 St. Grammatik und Einübung derselben nach Flor, pag. 80. Niels Juel und Ungdoms-Læsninger af Hansen, gelesen und retrovertirt. Adj. Religion: 2 St. Der Catechismus Lutheri ganz. Dann in ausführlicherer Behandlung von dem Glauben als Bedingung der Gnade, der Sünde, dem Gesetz als Zuchtmeister auf Christus und den einzelnen Geboten aus dem Standpuncte des Christlichen Glaubens bis zum 7ten. Bibelstellen und Gesänge. Conr. Geschichte und Geographie: 4 St., davon 2 St. Geschichte von 1073 bis auf die neueste Zeit, 2 St. Geographie: Einiges Allgemeine zur Einleitung, dann Schweden, Norwegen, Dänemark, Rußland, Polen, Preußen, Ungarn, Türkei, Italien, Spanien, Portugal. Coll. Mathematik: 4 St. Anfangsgründe der Geometrie nach Grunert, Rechnen in der Classe und zu Hause nach Kroymanns Rechnenbuch. Subr. Naturlehre: 1 St. Die einzelnen Andeutungen des kleinen Schleswigschen Leitfadens weiter ausgeführt und erklärt. Subr. Schreiben: 2 St., nach Vorschriften und Dictaten. Hülfsl. Zeichnen: 2 St. Uebungen im freien Handzeichnen. Hülfsl.

Quarta a. und b.

Lateinisch: 2 St. Kleine Sätze gebildet und die Formenlehre eingeübt. Adj. Deutsch: 2 St. Kleine Aufsätze, bald über ein gegebenes Thema, bald Wiedererzählung, Declamation. Adj. Dänisch: 2 St. Grammatik nach Flor, Declination und Conjugation wurden absolvirt, und gelesen in Flors Lesebuch pag. 108 — 180. Adj. Religion: 2 St. Aehnlich wie in Tertia, nur nach dem Standpuncte der Classe modificirt. Conr. Geschichte: 2 St., von 333 vor Christus bis 1273 nach Christus. Coll. Geographie: 2 St. Wie in Tertia, nur in etwas elementarerer Fassung. Coll. Rechnen: Uebungen im Tafelrechnen und im Kopfrechnen in der Classe nebst häuslichen Aufgaben. Subr. Naturlehre: Zoologie nach dem kleinen Schleswigschen Leitfaden. Subr. Schreiben: 2 St., nach Vorschriften. Hülfsl. Zeichnen: 2 St. Nach Vorlegeblättern und Uebungen im Linienzeichnen nach Vorzeichnungen an der Wandtafel. Hülfsl.

Quarta a.

Lateinisch: 5 St. Einübung der Formenlehre, wöchentlich ein Exercitium, gelesen in Kühner und retrovertirt p. 246 — 269. Adj. Griechisch: 3 St. Die regelmäßigen Formen gelernt und eingeübt, und den ersten Cursus in Jacobs Elementarbuch gelesen. Coll. Französisch: 2 St. Die Elemente der Grammatik gelernt und eingeübt, die in Hirzel gegebenen Uebungsstücke gelesen und retrovertirt. Adj.

Quarta b.

Lateinisch: 5 St. Einübung der Formen, Uebersetzung und Retroversion nach Kühners Elementargrammatik. Coll. Deutsch: 1 St. Grammatische Uebungen. Wöchentlich wurde eine kleine nach einem vorgelesenen Muster angefertigte Arbeit eingeliefert und besprochen. Adj.

Der Gesangunterricht und die Turnübungen hatten wie bisher ihren Fortgang unter Leitung des Hrn Kühlbrandt; in dem ersteren waren die Schüler in 3 Cötus, bei den letzteren in 2 Riegen getheilt.

II. Chronik der Anstalt.

Sehr erfreulich für die Anstalt war der Besuch des Herrn Kammerjunkers v. Warnstedt, damaligen Assessors, jetzigen Deputirten der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Kanzelei, mit dem Dieselben am 12ten Nov. v. J. die Schule zu beehren geneigten. Dieselben wohnten dem Unterrichte bei, und ließen sich über die gegenwärtigen Verhältnisse und Bedürfnisse der Schule berichten. Auch der Herr Etatsrath Nitzsch schenkte uns am 15ten und 16ten October. v. J seine anregende und ermunternde Gegenwart, und der Herr Propst Volquardts hat nicht aufgehört der Schule durch wiederholten Besuch, besonders der Religionsstunden, fortwährend seine Theilnahme zu beweisen.

Im Anfange des Sommers erkrankte leider unser Collaborator und treuer Amtsgenosse, Herr Dr. Jessen, an einem Halsübel, welches er sich durch die fast zu große Last seiner Amtsgeschäfte zugezogen, und mußte daher nach Anordnung des Arztes und unter Genehmhaltung der vorgesetzten Behörde einige Wochen vor und nach den Sommerferien von seinen Amtsgeschäften befreit werden. Ich hoffe, daß diese Muße den Keim der Krankheit entfernt haben, und ihm seine frühere Amtsrüstigkeit wieder geben möge. Seinen Kollegen aber spreche ich wiederholt meinen aufrichtigsten Dank für die gewohnte Bereitwilligkeit aus, mit der sie mich bei der Vertretung der Lectionen des Herrn Dr. Jessen haben unterstützen wollen.

Leider sah sich das Lehrercollegium genöthigt gegen Ende des vorigen Wintersemesters den Primaner Carl Julius Theodor Dreesen aus Kiel wegen fortwährender Ordnungswidrigkeiten von der Schule zu entfernen.

III. Bibliothek.

Auch in diesem Jahre erhielt die Bibliothek der Anstalt durch die Gnade Sr. Majestät unseres Allergnädigsten Königs folgende werthvolle Werke: **Scripta historica Islandorum cur. soc. reg. antiq. sept. Hafniæ 1828 — 40. 10 vol. 8., Antiqnitates Americanæ ed. soc. reg. ant. sept. Hafniæ 1837. fol.,** Nordisk Tidskrift for Oldkyndighed, **3** Bände, **6** Hefte, **1832 — 36. 8.,** Annaler for nordisk Oldkyndighed, **1836 — 39, 3** Theile, **8.,** Grønlands historiske Mindesmærker udg. af det Kongl. nord. Oldskriftselskab. Kjøbenhavn **1838. 2 B. 8.** Von der Königl. Schleswig-Holsteinischen Regierung auf Gottorff: **Les romans du Renard, Paris 1845. 8., par Rothe.** Von der Verlagshandlung: Fuchs Geschichte des Schriftenthums. Halle **1846. 8.** Für diese Geschenke sage ich im Namen der Anstalt den allerunterthänigsten und freundlichsten Dank.

Rechnungsablage.

Einnahme.

Cassebehalt	416 ℛ	6 ß.
Beiträge der Schüler	128 „	4 „
Von den Abiturienten Ahlmann, Mumsen und Rosendahl	11 „	4 „
Aus den G. und A. Hansenschen Stiftungen	150 „	— „
	705 ℛ	14 ß.

Ausgabe.

An die Korte Jessensche Buchhandlung	111 ℛ	— ß.
An die Schlütersche Buchhandlung	147 „	2 „
An die Wendebornsche Buchhandlung	30 „	— „
In einer Hallischen Auction nebst Spesen und Porto	36 „	8 „
An den Buchbinder	26 „	11 „
An den Custos	2 „	— „
Porto und kleine Ausgaben	1 „	3½ „
	354 ℛ	8½ ß.

Es bleibt also Cassebehalt bis zur Abrechnung um Neujahr . . . 351 ℛ 5½ ß.

Verzeichniß
der von Michaelis 1846 hinzugekommenen Bücher.

Philologia.

200. Diodori bibliotheca historica ex rec. L. Dindorfii. V. Voll. Lipsiae 1828.
496. b. Plutarchi vitae; ed. Sintenis. Vol. IV.
504. Pollucis Onomasticon; ed. W. Seberus. Francof. 1608. 4.
1191. Senecae philosophi opera. IV. Voll. Biponti 1782.
1558. Pauly, Real-Encyclopädie. Heft 73 — 86.
1613. Becker, Handbuch der Römischen Alterthümer. Band 1. 2. Abth. 1. 2. Leipzig 1843 — 46.
1629. Fischer, Römische Zeittafeln. Altona 1846.
1860. Ukert, Geographie der Griechen und Römer. Th. III. Abth. 2. (Scythien). Weimar 1846.
1972. Böttiger, Ideen zur Kunstmythologie. 2 Bände. Leipzig 1826 — 36.
2500. Stephani thesaurus ling. gr. V. 8. VI. 6. 7.
2590. Nägelsbach, Lateinische Stylistik. Nürnberg 1846.
3024. Fuchs, Geschichte des Schriftenthums. Halle 1846.

Historia.

81. Gieseler, Kirchengeschichte. I. 2. 1845.
187. Monumenta Germaniae historica. Vol. IX.
187. a. Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit; herausgeg. von Pertz, Grimm u. a. I. 1. Berlin 1847.
189. Germania. Jahrbücher für deutsche Sprache u. s. w., von v. d. Hagen. Th. 7. 1846.
216. ff. Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed. Kjøbenhavn 1832 — 36. 3 Bind i 6 Hefter.

216. gg. Annaler for Nordisk Oldkyndighed. Kjøbenhavn 1836 — 39. 3 Theile.
253. Scripta historica Islandorum, cur. soc. reg. ant. sept. Hafniae 1826 — 41. X. Voll.
253. Ejusd. libri Part. 1 — 3. 8 — 10.
255. Grønlands historiske Mindesmærker. Kjøbenhavn 1838. 2 Bind.
256. Antiquitates Americanae. Hafniae 1837. Fol.

Geographia.

3. Humboldt, Kosmos. Stuttgart 1845. Th. 1.

Linguae recentiores.

220. Schlegel, A. W. von, Werke. Band 10 — 12.
252. Erlach, die Volkslieder der Deutschen. 5 Bände. Manheim 1834 — 36.
261. Vilmar, Geschichte der deutschen Nationalliteratur. Marburg 1847.
360. e. James Beauchamp. Lpz. 1846. 12.
360. f. James Heidelberg. ibid. eod.
490. Rothe, les Romans du Renard. Paris 1845.

Res scholasticae.

48. Raumer, Geschichte der Pädagogik. III. 1.

Das neue Schuljahr beginnt am Dienstage den 5ten October. Das Receptionsexamen wird am Montage den 4ten October in den Classenzimmern abgehalten.

Für das öffentliche Examen ist Freitag der 24ste September bestimmt, und zwar von 9 Uhr an:

Ima	Englisch Rect.	Dänisch Conr.
IIda	Französisch Rect.	Dänisch Conr.
IIItia	Französisch Adj.	Englisch Hülfsl.
IVta	Französisch Adj.	Dänisch Adj.

Zu dieser Prüfung lade ich die Hochverehrlichen Königlichen und städtischen Behörden, die Eltern und Angehörigen unsrer Schüler und alle Freunde der Jugend im Namen der Anstalt ergebenst ein.

Koester.

tione ac di
006392101
39 442